SPECIMEN
EXERCITATIONVM CRITICARVM
IN
VERSIONEM
LXX. INTERPRETVM
EX
PHILONE.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

AVCTORE
CLAVDIO FREES HORNEMAN.

GOTTINGAE
APVD IO. CHRISTIAN. DIETERICH
MDCCLXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

OTTONI

COMITI DE THOTT

DYNASTAE

IN GAVNOE, LINDESVOLD ET STRANDEGAARD,

AVGVSTISSIMI

DANORVM REGIS

IN CONCILIO REGNI INTIMO

ADMINISTRO.

REL. REL.

LITERARVM

AESTIMATORI, AMATORI

AC VINDICI,

DOMINO MEO

GRATIOSISSIMO

TIROCINIVM HOC

EA, QVA PAR EST, DEVOTISSIMAE

MENTIS OBSERVANTIA

D. D.

C. F. Horneman.

EXERCITATIO PRAELIMINARIS

DE

TEXTVS LXX. INTERPRETVM
EX HEXAPLIS ORIGENIS
INTERPOLATIONE,

ET

VSV PHILONIS IVDAEI
IN ILLO EMENDANDO.

Digitized by Google

EXERCITATIO PRAELIMINARIS.

§. I.

Ne unicum quidem exemplar verſionis των ό, cum authenticis Alexandrinorum interpretum MSS. perfecte congruum, Origenis tempore ſuperfuiſſe videtur.

Si Verſio LXX. interpretum, ut omnibus Bibliorum Hebraicorum verſionibus et codicibus MSS. longe antiquior, ad lectionem quandam Codicis ſacri, vel emendandam, vel conſirmandam, merito adhiberi poteſt; ipſi quoque textui antiquo verſionis Alexandrinae reſtituendo ſummam dent operam Eruditi, neceſſe eſt. Optima autem norma, ad quam, ſi fieri poſſet, conformari deberent omnes *των ό* editiones, absque omni dubio forent ipſa Alexandrinorum interpretum MSS. authentica; Sed pe-

rierunt illa, et *Origenis* jam tempore prorſus deperdita, vel ſaltem ignota fuiſſe videntur. Imo vero, ne unicum quidem exemplar, cum originali Verſionis των ό editione perfecte congruum, tunc temporis ſuperfuiſſe, veroſimile eſt: Ipſe enim *Origenes* (*a*) βιβλους ἱερους (i. e. Verſionem LXX. interpretum) partim Judaeorum fraude (*b*), partim vero et praecipue librariorum vitiis depravatos corruptosque fuiſſe queritur: νυνι δε, inquit (*c*), δηλονοτι πολλη γεγονεν ἡ των αντιγραφων διαφορα, (tam ab originali Verſione των ό, quam editionum inter ſe invicem) ειτε απο ῥαθυμιας τινων γραφεων, ειτε απο τολμης τινων μοχθηρας της διόρθωσεως των γραφομενων, ειτε και απο των τα ἑαυτοις δοκουντα εν τη διορθωσει προστιθεντων η αφαιρουντων. Poſteaque ſe vitia editionum των ό opere ſuo Hexaplari emendare poſſe ſperat; quemadmodum quoque alio loco (*d*) teſtatur, ſe maxima illa των ό corruptione praecipue ad Hexapla condenda fuiſſe permotum. Veri igitur ſimillimum videtur, *Origenem*, qui opus illud

(*a*) in epiſtola ad *Africanum* Oper. Tom. I. p. 6. ed. *de la Rue*.

(*b*) Homilia in Jerem. XVI. Oper. Tom. III. p. 234. De hoc, aliisque vitiis textus των ο ante Hexapla *Origenis*, diſſerunt Doctiſſ. GRABIUS in Diſſ. de vitiis LXX. et Rever. D. *Henr.* OWEN in libro, cui titulus: An Enquiry into the preſent State of the Septuagint Verſion, Oxford. 1769. 8.

(*c*) Tom. III. p. 671.

(*d*) Tom. I. p. 16.

lud immenſae molis, ob vitia editionum των ό emendanda, ſuſceperit, ne unicum quidem exemplar, cum originali Alexandrinorum verſione perfecte congruum, inveniſſe; Et certo experientiae contrarium fuiſſet, ſi, ipſis authenticis Alexandrinorum MSStis deperditis, unicum modo exemplar, ab omnibus temporis injuriis, librariorumque vitiis immune, ad *Origenem* perveniſſet. Exſtat autem apud *Hieronymum* locus, qui huic ſententiae, effatis *Origenis* et experientia nixae, manifeſte contradicere videtur: In *epiſtola enim ad Suniam et Fretelam* (*e*) de *Hexaplari* editione των ό ſic loquitur: „*Ea autem, quae habetur in Hexaplis, et quam nos vertimus, ipſa eſt, quae in Eruditorum libris incorrupta et immaculata LXX. interpretum translatio reſervatur; Quicquid igitur ab hac diſcrepat, nulli dubium eſt, quin ita et ab Hebraeorum auctoritate diſcordet.*" Ut verba *Hieronymi* eo melius intelligere poſſimus, quaerendum eſt: num de *Hexaplari* των ό editione, ab *Origine emendata*, et Aſteriſcis aliisque ſignis *interpolata*; an vero potius de *nuda* LXX. interpretum Verſione, qualis, *ſignis* et *additamentis Origenis abſtractis*, in quinta Hexaplorum columna conſpiciebatur, locutus ſit? Si prius, ſibimetipſi manifeſte contradixiſſe videtur *Hieronymus*: In

(*e*) quae in edit. Benedict. IXna eſt, in editione autem VALLARSII CVIta Oper. tom. I. p. 637.

In epiſtola enim ad *Auguſtinum* (*f*) de *Origenis* emendationibus textus των ό ſic loquitur: „*Miror, quomodo LXX. interpretum libros legas, non puros, ut ab eis editi ſunt, ſed ab Origene emendatos, ſive corruptos potius per Obelos et Aſteriſcos, praeſertim cum ea, quae addita ſunt, ex hominis Judaei atque blaſphemi, poſt paſſionem CHRISTI, editione tranſtulerit; - - - - Vis amator eſſe verus LXX. interpretum, non legas ea, quae ſub Aſteriſcis ſunt; imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem praebes.*" Quomodo vero, niſi aut hic *Auguſtinum* ironico ſermone perſtringere voluerit, aut illo, quo haec ſcripſit, tempore ſententiam ſuam de laboris *Origeniani* utilitate penitus mutaviſſet, altero loco editionem των ό, ab *Origene emendatam*, *puram* eſſe et *immaculatam* diceret, eique eandem, ac ipſi *textui Hebraico*, *auctoritatem tribueret*? At vero, ſi poſterius ponatur, quod nempe de *intacta* et *non emendata hexaplari* των ό editione locutus ſit *Hieronymus*; quaerendum omnino erit: num illud verſionis Alexandrinae exemplar, quod *Origenes* in Hexaplis ſuis collocavit, et *Hieronymus* latine vertit, *incorrupta* et *immaculata* fuerit LXX. interpretum verſio? Certe hoc ipſi experientiae et effatis *Origenis*, ſupra allatis, aperte contradicit. An vero *Hieronymo* potius, ac *Origeni*, hac in re habenda

(*f*) quae in ed. Benedict. inter criticas LXXIVta eſt; in ed. vero VALLARSII CXIIma Oper. Tom. I. 746.

benda ſit fides, dijudicare haud eſt difficile. Quin etiam, ipſe *Hieronymus* in ſcriptis ſuis paſſim de vitiis editionum τῶν ό queritur, eaque ex Hebraico textu ſe emendaſſe teſtatur: „*Multum*, inquit (*g*), *in hoc loco ſeptuaginta editio hebraicumque diſcordat; primum ergo de Vulgata* (i.e. verſione τῶν ό, κοινῇ dicta) (*h*) *tractabimus, et poſtea ſequemur ordinem veritatis.*" Et paulo poſt (*i*) differentiam inter omnes ſui temporis editiones et prima authentica τῶν ό exemplaria ipſe concedit; „*Unde mihi*, inquit, *haec datur ſuſpicio, non eos* (τȣς ό) *erraſſe ab initio, ſed paulatim ſcriptorum vitio depravatos.*" Quin etiam alio loco (*k*) verbis, quibus nil manifeſtius, ſequentibus utitur: "*Si ſeptuaginta interpretum pura, et ut ab eis in Graecum verſa eſt, editio permaneret; ſuperflue me, mi Cromati Epiſc. - - - impelleres, ut tibi Hebraea volumina Latino ſermone transferrem. - - - - Nunc vero, cum pro varietate regionum diverſa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaque translatio corrupta ſit atque violata &c.*" Sive igitur de *emendata* ſive *non emendata Hexaplari* τῶν ό editione ſupra locutus ſit *Hieronymus*;

(*g*) Lib. IX. in Eſaiam Cap. XXX. v. 22. Oper. Tom. IV. p. 411. ed. Val.

(*h*) cf. infr. §. 5.

(*i*) ad verſ. ult. l. c. p. 415.

(*k*) in Apolog. adv. Rufin. lib. I. p. 522. Oper. Tom. II.

nymus; contra noſtram ſententiam nil facit locus iſte, qui cum veritate non aliter conciliari poſſe videtur, quam ſi cum *Vallarſio* (*l*) in ultimis *Hieronymi* verbis vitioſam lectionem concedamus, ſimulque *Grabio* aſſentiamur, qui (*m*) *Hieronymum* per *incorruptam* et *immaculatam* LXX. interpretum verſionem nil aliud, quam *notae melioris*, *minusque corrupta* quaedam exemplaria verſionis των ό intellexiſſe ſtatuit; Quod, ſi ita ſe habet, vera dixiſſe *Hieronymum* ſtatim probare conabimur.

§. II.

Fuere tamen aliqua, hoc tempore, melioris notae minusque corrupta exemplaria verſionis των ό.

Quod inter tot exemplaria MSSta των LXX, quae per ſex circiter ſaecula deſcripta fuerant, pro varia deſcriptorum accuratione vel negligentia non potuerit non ingens exiſtere differentia, vel ipſa experientia docet; Probant hoc innumera apud Patres antiquiſſimos loca ubi variae lectiones των ό afferuntur; Probant etiam teſtimonia illorum ſcriptorum, qui non ſolum quorundam codicum MSStorum prae aliis praeſtantiam teſtati ſunt; ſed ea quoque MSSta nominarunt, quae pro

(*l*) in annotatione ad hunc locum.

(*m*) vid. Joh. Erneſt. GRABII Diſſertatio de vitiis LXX. Interpretum ante Origenem. Cap. I. §. 4. p. 54. ed. Oxon.

pro optimis minusque corruptis habenda eſſent: Sic *Origenes* (*n*) ὅυτω γαρ, inquit, εν τοις ακριβεσιν αντιγραφοις ἑυρομεν (*o*) και ταις λοιπαις παρα τοις Ἑβδομηκοντα εκδοσεσι (*p*) και τῳ Ἑβραικῳ" et alio loco: (*q*) Δισση γαρ, inquit, ἡ γραφη; εν μεν γαρ τοις πλειστοις αντιγραφοις . . . . . . εν δε τοις ακριβεστατοις και συμφωνουσι τοις Ἑβραικοις.... Imo *Anaſtaſius Sinaita* in loco notatu digniſſimo, quem infra (*r*) exſcriptum invenies, accuratiora quaedam των ό exemplaria, inter quae etiam Hexaplarem *Origenis* editionem, enumerat; Et certe quoque nulli dubium eſſe poteſt, quin ex omnibus melioris notae exemplaribus optimum, quod invenire potuerit *Origenes*, in Hexaplis ſuis collocaverit; Quinta igitur Hexaplorum columna, ſi integra adhuc, cum omnibus ſignis *Origenis*, accurate adſcriptis, ornata exſtaret, ipſam antiquam *κοινην intactam* ſimul et *emendatam* exhiberet, adeoque optimum foret medium textum editionum των ό emendandi; Perierunt autem

(*n*) Comentar. in Johan. Oper. T. II. p. 100.

(*o*) Quod vero hic de verſionis των ο, et non de Novi Teſtamenti, codicibus ſermo ſit; ex iis patet, quae proxime ſequuntur.

(*p*) i. e. in reliquis verſionibus Bibliorum Graecis, Aquilae, Symmachi cet. quae ſemper apud Origenem λοιπαὶ εκδοσεις audiunt. cf. infr. §. 5.

(*q*) Homilia 14ta in Jerem. Oper. Tom. II. p. 133.

(*r*) §. IV.

tem ipſa *Origenis* Hexapla (*s*), atque in Hexaplaribus codicibus των ό falſo ſaepiſſime deſcripta fuere ſigna et additamenta *Origenis*, ita ut *Origenianarum* emendationum occaſione corruptior potius, quam correctior redditus ſit textus verſionis των ό; Id quod ex ſequentibus patebit.

§. III.

De Textus των ό *ex Hexaplis Origenis interpolatione.*

Hexaplarem editionem των ό, i. e. illud verſionis LXX. interpretum exemplar, quod quintam Hexaplorum columnam occupabat, partim ex ipſo textu Hebraico emendaverat; partim ex aliis verſionibus Bibliorum Graecis, Theodotionis praecipue, multis locis textui Hebraico conformaverat *Origenes*; ſed tanta tamen religione et timiditate, ut nullam mutationem, cui non vel Aſteriſcum ※, ſignum additamenti, in textum των ό inſerti; vel obelum ÷, ſignum propoſitionis e textu των ό delendae; vel denique Lemniſcum ∸, aut Hypolemniſcum ⨪, praefixiſſet, facere auſus ſit; Propoſitionem addendam, delendam, corrigendam ſemper claudebant duo puncta : (*ss*). Hoc autem artificio *intacta* ſimul

(*s*) cf. *Montfauc.* Praelim. ad Hexap. *Origenis* p. 76. et *Kennicot.* Differt. II. p. 378. verſ. lat. *Cel. Telleri.*

(*ss*) De Aſteriſcorum et Obelorum uſu vid. Orig. oper. Tom.

mul et *emendata* in *ipſis Origenis Hexaplis* conſpiciebatur *antiqua* LXX. interpretum verſio; ita ut nulla *Origenis* culpa facta ſit corruptio textus των LXX. Tanta vero induſtria elaboratum erat opus *Origenis* Hexaplare; tanta erat utilitas, quam exinde haurire ſperabat eccleſia Chriſtiana, ut omnium aſſenſione fuerit comprobatum. Quinta igitur Hexaplorum columna, quae verſionem των ό *emendatam* continebat, ſaepiſſime deſcripta fuit; Omnia ſigna *Origenis* cum additamentis et mutationibus, quam citiſſime fieri potuit, in omnes fere των ό editiones inſerta fuere vel ad marginem adſcripta; ita ut, proximo jam poſt *Origenem* ſaeculo, ſummum hunc emendationum *Origenis* abuſum queratur *Hieronymus:* In *epiſtola ad Auguſtinum*, poſtquam (*t*) interpolationem *Origenis* vituperaſſet, et *Auguſtinum* adhortatus eſſet ea non legere, quae ſub Aſteriſcis ſunt, ſequentia addit: "*quod ſi feceris, omnium Eccleſiarum Bibliothecas damnare cogeris; vix enim unus aut alter inveniatur liber, qui iſta* (ſigna et additamenta *Origenis*) *non habet*" Et alio loco (*v*): *omnes* inquit,

Tom. I. p. 16. Tom. III. p. 671. 672. de Lemniſci vero et Hypolemniſci ſignificatione diſſentiunt Eruditi, quemadmodum quoque Obeli et Lemniſci figuram varie exprimunt. vid. *Montfauc.* Praelim. in Hexapl. Orig. cap. IV. ſect. IV. de omnibus ſignis Hexaplorum *Origenis* diſſeruit GRABIUS in Diſſ. de vitiis LXX. §. 4-12.

(*t*) loco ſupra pag. 6. not. f. allato.

(*v*) in prooemio comentar. in Daniel. Oper. Tom. V. p. 622.

quit, *Chriſti Eccleſiae, tam Graecorum, quam Latinorum, Syrorumque et Aegyptiorum hanc ſub Aſteriſcis et Obelis editionem legunt*". Porro in *Euſebii Demonſtratione Evangelica* duo loca invenimus, quae indicare videntur, ea exemplaria των ό, quae ex Hexaplis interpolata erant, proximo poſt *Origenem* aevo, pro optimis fuiſſe aeſtimata: "ὁθεν και, inquit (x), παρα τοις ακριβεσιν αντιγραφοις των Ἑβδομηκοντα το συ μετα αστερισκου παραθεσεως προσκειται" et altero loco (y): αλλ' ουν, inquit, εν τῳ Ἑβραικῳ ταυτα ἑυροντες, και εν ταις των λοιπων ἑρμηνευτων εκδοσεσιν, ετι μεν μετα παραθεσεως αστερισκων και εν τοις ακριβεσι των εν τοις Ἑβδομηκοντα αντιγραφοις, αναγκαιως αυτα παρεθεμεθα". *Baſilius* denique, τα τοινυν, inquit (z) ακριβη των αντιγραφων ωβελισται, ὁ δε οβελος αθετησεως συμβολον". Quanta vero confuſio textus των ό ex frequentiſſima illa ſignorum et emendationum *Origenis* tranſcriptione oriri debuerit, vel ipſa experientia docet: Quam facile enim fieri potuit, ut ſigna in ſcribendo vel falſo loco appoſita fuerint, vel prorſus omiſſa? Et tum omnino ab additamentis *Origenis* diſtingui non poterat ipſa LXX interpretum verſio. Atque illud revera ita factum fuiſſe,

(x) lib. VIII. p. 383. ed. Paris. 1628.

(y) lib. X. p. 484.

(z) Homilia IV. in Hexaemeron. Oper. Tom. I. p. 37. ed. Garnier.

Digitized by Google

fuiſſe, expreſſe docet *Hieronymus:* "*Hinc*, pergit l. c., *apud vos et apud pleroſque error exoritur, quod, ſcriptorum negligentia virgulis et aſteriſcis ſubtractis, diſtinctio univerſa confunditur*". Haec vero, cum ita ſe habeant, cumque *unicus* modo hodie notus ſit codex MS. των ό, cujus aetas ultra tempora *Hieronymi* prorogari poterit (*a*); in maximam ſane interpolationis ſuſpicionem plurimi adhuc ſuperſtitum ut cadant, neceſſe eſt. Quin etiam manifeſtiſſima ejusmodi interpolationis exempla hodie adhuc praebent optimi codices MSS. ſunt autem, unanimi Eruditorum conſenſu, *Alexandrinus* et *Vaticanus* cod. (*aa*) MSS. omnium, ad hodiernas των ό editiones adornandas adhibitorum, longe praeſtantiſſimi; De his igitur, quorum *ille* in *Grab.* ſive *Breiting. hic* vero in *Romana* των ό editione, ad litteram expreſſi ſunt, interpolationem Hexaplarem exemplis probare ſufficiat: praecipue, cum aliorum cod. MSS. των ό nullam, niſi vel ex Bibliothecarum catalogis, vel ex aliis teſtium oculatorum deſcriptionibus, notitiam habere potuerimus.

(*a*) nempe codex MS. *Cottonianus*, cujus mentionem fecit GRABIVS in epiſtola ad Millium p. 1. 2. ed. Oxon. Omnium, qui hodie ſuperſunt, antiquiſſimus creditur hic cod. ſed ſolum primum librum *Moſis* continet.

(*aa*) Hiſtoriam duorum codicum celeb. quod attinet, de *illo* praecipue ad Doctiſſ. *Grabii* proleg. in Octat. cap. I. §. 1. ſq. de *hoc* vero ad Cel. *Morini* epiſtol. ad *Papam Sixtum V.* de LXX. interpr. lectorem ablegamus. De utroque codice egit Cel. *Kennicot*, in Diſſ. II. p. 390. verſ. *Telleri.*

rimus. *Complutenſis* vero *Aldinaeque* των ό editionum interpolationis exempla aſſerre, cum easdem ex optimis et antiquiſſimis, praeter *Alex.* et *Vat.* exemplaribus MSS. deſumtas eſſe teſtati ſint Editores, nec ab re noſtra fore credidimus.

1) In *Alexandrino* igitur MS. quod nulla ſigna *Origenis* continere teſtatur *Wetſtenius* (*b*), ut ſummum tamen meritum id laudat *Grabius* (*c*), quod cum Hexaplari editione των ό, ab *Origene* emendata, conveniat; Et certe magnus eſt numerus locorum, ubi *Grabius* Aſteriſcos, ex Hexaplaribus (*d*) των ό codicibus deſumtos, verbis *Alexandrini* codicis (*e*) praefixit; quae loca certiſſima illius codicis interpolationis ex Hexaplis documenta ante oculos ponunt. Unicam modo, illamque notatu digniſſimam, *Alexandrini* codicis interpolationem, ex Hexaplis etiam, ut videtur, ortam annotabimus (*f*).

2) *Codicis Vaticani* ex Hexaplis interpolationem vel

(*b*) Proleg. in Nov. Teſt. p. 71. ed. Seml.

(*c*) Prolegom. in Octateuch. cap. II. §. 9.

(*d*) i. e. qui ſigna *Origenis* continent.

(*e*) *Alexandrini* codicis verba in ed. *Grab.* et *Breit.* ſunt omnia, quae in margine adſcripta ſunt, atque in textu ea, quae minoribus litteris non ſunt exarata.

(*f*) vid. *Montfauc.* Praelim. ad Orig. Hexap. Tom. I. p. 95. 96. ed. Bardt. falſo vero hic citatus eſt locus I. Sam. VI. eſt enim I. Sam. Cap. XVII. v. 11-32.

vel ipſi codicis editores *Romani* his verbis concedunt (*g*): *Vitia tamen habet ..... nam in libris Prophetarum, qui maxime in hoc exemplari (uno excepto Daniele) puram LXX Editionem reſipiunt, mirum quam multa non habeantur, quae tamen recte abeſſe et eorum Interpretum non eſſe intellectum eſt, tum ex Commentariis veterum ſcriptorum Graecis et Latinis, tum ex libris MSS. in quibus illa addita ſunt ſub Aſteriſcis ..... Quod ſi aliqua videbuntur in hac editione, ut ait B. Heronymus, vel lacerata et inverſa, quod ea, ſub Obelis et Aſteriſcis ab Origene ſuppleta, diſtincta non ſint, vel---cet.* Atque eandem exemplis clariſſimis extra omne dubium poſuit *Montfauconius* (*h*); Nos quoque in Exercitationibus noſtris varia illius vitii exempla annotabimus, quorum unum hic proferamus: Gen. II, 4. *Alex.* et *Vat.* MSS. ut et *Ald.* ed. των ὁ κυριος ὁ Θεος legunt; Quod vero κυριος non vera ſit lectio antiquae verſionis LXX, ſed potius ex Hexaplis *Origenis*, ob Hebr. יהוה inſertum, exinde conſtat, quod in *Complutenſi* των ὁ editione, in MS. *Oxon.* των LXX., quod contulit *Cel. Sabatier*, et in textu *Philonis* (*hh*) non invenia-

(*g*) in Praefatione, quae nullis paginis ſignata eſt.

(*h*) Praelim. ad Hex. cap. IV. ſect. V. in fin.

(*hh*) p. 43. 44. ed. Francof.

inveniatur, atque a *Grabio* ⋇ ſignatum ſit. Et mihi certe orta eſt ſuſpicio, vocem *κυριος* plurimis locis in Textum *των ὁ* ex Hexaplis fuiſſe inſertam, adeoque ipſos Alexandrinos Interpretes in ſuo textus Hebr. exemplari, aut unicum modo vocabulum, ſive יהוה ſive אלהים, legiſſe, aut utramque vocem יהוה אלהים per unicum verbum *ὁ Θεος* explicaſſe. Plura vero hac de re vid. in Exerc. noſtris ad Gen. VI, 8.

3) *Complutenſis των ὁ editionis* interpolationem ſequentia oſtendunt loca: Lev. XXVI, v. 16. pro Hebr. בהלה legit *σπȣδην την αποριαν*, quae, nullum omnino ſenſum praebentia, ex interpolatione Hexaplari orta videntur: Nam non ſolum *ὁι Αλλοι* in Hexaplis *Montfauconii* (*i*); ſed et codex MS. Hexaplaris *Voſſii* (*k*) vocem *σπȣδη* ante *την αποριαν* exhibent quae vero ex Hexaplis in codicem MS. *των ὁ* inſerta et poſtea in *editione Complutenſi* deſcriptoris vitio in *σπȣδην* mutata fuit. Gen. II, 5. in *ed. Comp. κυριος* ante *ὁ Θεος* interpolatio Hexaplaris eſſe videtur:

(*i*) ad h. l. Αλλ'. *και ἐπισκεψωμαι ὑμας σπȣδη την ἀνεμοφθοριαν.*

(*k*) *Grabius* proleg. in Octat. cap. II. §. 9. codicem MS. *Voſſianum*, cujus ipſe l. c. cap. III. §. 4. et *Uſſerius* in Syntagm. de LXX. p. 105. ed. Lond. mentionem faciunt, ſic legere teſtatur: *ἐπισυστησω ἐφ' ὑμας* ⋇ *σπȣδη: την αποριαν.*

videtur: *Philo* enim, codd. MSS. *Vat.* et *Alex.*, *Aldinaque* των ὁ editio hanc vocem omittunt.

4) *Aldinum* quoque των ὁ *exemplar* haud purum, ſed ex Theodotione nonnullis in locis interpolatum, declaravit *Andreas Maſius* (*l*); Duo interpolationis exempla proferre ſufficiat: Joſu. cap. VIII. totum verſum 13. et in verſu 14. verba: καὶ ωρϑρισε, ex Hexaplis interpolata putat *Maſius*; Atque haec omnia, in *Aldina* των ὁ editione obvia, in *Romana* deeſſe vidimus. Gen. II, 4. etiam in Ald. ed. LXX. κυριος ante ὁ ϑεος ex Hexaplis ſecundum text. Hebr. interpolatum invenitur. Plura vero omnium των ὁ editionum ex Hexaplis (*m*) interpolationis exempla in Exercitationibus noſtris paſſim inveniuntur.

§. IV.

(*l*) in Annotat. ad *libr. Joſuae*, Graece ab ipſo editum ſecundum MS. Syriacum, quod omnia ſigna *Origeniana*, accurate adſcripta, continere teſtatus eſt. Locum in annotationibus *Maſii* allegatum legimus in *Criticis Sacr. Anglic.* Tom. II. P. I. p. 30. Et cum his annotatt. aut cum ipſo *Joſuae* libro, a *Maſio* edito, qui hodiernas των ὁ editiones conſerre velit, multa illarum ex Hexaplis interpolationis exempla inveniet.

(*m*) Vix opus eſt indicare, etiam illas interpolationes textus των LXX. quae forſan ex ipſis recentioribus verſionibus Bibliorum Graecis, aut ex Tetraplis et Octaplis *Origenis*, ortae fuerint, ſub nomine *Hexaplari* apte comprehendi.

§. IV.

Media antiquam editionem κοινην reſtituendi. Variae hujus vocis ſignificationes illuſtrantur. Pauca ab Anaſtaſio Sinaita indicantur melioris notae exemplaria των ό, quae ad vitia textus των ό emendanda utiliſſima videntur.

Dantur tamen adhuc media, quibus plurimae ſaltem hodierni textus των ό interpolationes detegi poſſint; adeoque illa, quam antiquam κοινην apte vocarunt Eruditi, editio reſtitui. *Hujus* vero *vocabuli notio* tam vaga et incerta mihi viſa eſt, ut omnes illius ſignificatus indicare haud abs re fore videatur: Nonnunquam pro *ipſa LXX. interpretum verſione* ſumitur, qualis illa a primis Alexandr. interpretum temporibus usque ad Hexapla *Origenis* evulgata comparata fueri:: Sic duabus vicibus apud *Hieronymum* editio κοινη ſive *Vulgata*, verſionis των ό Synonymum, occurrit: *libr. ſc. IX. commentar. in Eſaiam* (*n*). Nec non in *praefat. commentar. in Daniel.* (*o*) „*Origenem de Theodotionis opere in Vulgata Aſteriſcos poſuiſſe*" dicit. Cur autem Verſio LXX. interpretum hoc nacta ſit nomen, difficile haud eſt conjicere: Eandem enim in tota eccleſia Chriſtiana ſummo in honore habitam,

(*n*) Loco, quem ſupr. p. 7. not. g. et i. attulimus.

(*o*) Oper. Tom. V. p. 620. 621.

tam, ſolamque publice receptam fuiſſe (*p*), conſtat. Hinc facile vero fieri potuit, ut, quemadmodum in eccleſia Latina peculiaris quaedam Bibliorum verſio (*q*), ante *Hieronymum*, *Vulgata* dicta fuerit, atque jam antiqua illa, ab *Hieronymo* emendata, et auctoritate concilii Tridentini ad publicum uſum in eccleſia Romana introducta, *Vulgata Hieronymi* audiat, ſic verſio quoque LXX. interpretum nomen *κοινη* ſortita ſit. Nihil quoque obſtat, quo minus illa, licet *peculiaris* quaedam eſſet Bibliorum *verſio*, *editio* tamen *κοινη* vocari potuerit: Sic enim nominata videtur in oppoſitione ad recentiores verſiones Bibl. Graecas, quae etiam *editiones* dici ſolent: *Origenes* nempe (*r*) "*ſe* τυς Εβδομηκοντα εκ των λοιπων εκδοσεων (*s*) *emendaſſe*" dicit; Sic etiam alio loco (*t*) e contextu patet, *Origenem*, quando de *editionibus Graecis* loquitur, *non varias* των ό *editiones*, *ſed alias verſiones Graecas* intelligere. Sunt porro, qui *editionem κοινην* pro *ſola Hexaplari* των ό editione, ab *Origene nondum interpolata*, accipi velint (*v*). A prioribus

vero

(*p*) cf. *Auguſtin.* lib. 18. de civitate Dei cap. 43.

(*q*) *Italae* honorem hunc tribuit *Blanchinus* in Vindiciis — p. XXVI.

(*r*) Commentar. in *Math.* Oper. Tom. I. p. 381.

(*s*) i, e. ex reliquis verſionibus Graecis: *Aquilae*, *Symmachi*, *Theodotionis*, *quinta*, *ſexta*, et ſi plures fuerint.

(*t*) Oper. Tom. III. p. 672.

(*v*) In hac ſignificatione ſumi poteſt *Vulgata* loco *Hieronymi*,

paulo

verò diverſus videtur ille *editionis* κοινης ſignificatus, qui apud *Hieronymum*, *in epiſtola ad Suniam et Fretelam* (*x*), occurrit; Ubi: *Illud*, inquit, *breviter admoneo, ut ſciatis, etiam eſſe editionem, quam Origenes et Euſebius Caeſareenſis, omnesque Graeciae tractatores κοινην nominant, i. e. communem atque Vulgatam, atque a plerisque nunc λουκιανος dicitur* (*y*); *Aliam LXX. Interpretum, quae et in ἑξαπλοις codicibus reperitur . . . . κοινη autem iſta, i. e. communis, ipſa eſt, quae et LXX; Sed hoc intereſt inter utramque, quod κοινη pro locis et temporibus vetus corrupta editio eſt, ea autem* . . . Et tum ſequuntur verba, quae

paulo ſupr. not. n. citato. Ubi vero et illam, quam primo loco attulimus, ſignificationem habere poteſt. Sic etiam in *Blanchini* Vindiciis p. 256. vox κοινη, utro modo velis, intelligi poteſt. Et certe poſterior hic ſignificatus prioris illius ſpecies eſt: Si enim editioni κοινῃ primum ſupra allatum ſignificatum tribuere velis; ad illam referri debet Hexaplaris τῶν ό edito, ab Origene nondum interpolata.

(*x*) Loco, ſupra pag. 5. not. e. citato, p. 636.

(*y*) Tota illa de editione κοινης controverſia potiſſimum dirimenda videtur, ſi, quamnam ſignificationem huic voci tribuerit Origenes, certo ſcire poſſemus; Vocem autem κοινη, de ipſa LXX interpretum verſione, vel de certa τῶν ό editione, vel denique de recentiori quadam verſione Bibliorum Graeca uſurpatam, apud *Origenem* invenire non potui. Ipſam editionem *Lucianeam* certe κοινην vocare non potuit *Origenes*, utpote quae illius tempore nondum elaborata eſſet; Cui tamen cum antiqua κοινῃ hoc commune fuiſſe videtur, quod correctior fuerit textuique Hebraico ſaepe convenientior recentioribus, ex Hexaplis interpolatis, editionibus τῶν LXX. vid. infr. p. 22.

quae ſupra p. 5. exſcripſimus. Editio illa, quam hoc loco *κοινην* et *Λȣκιανον* vocat *Hieronymus*, procul dubio eadem eſt, quam alio loco, (z) „*a Luciano elaboratam, atque a Conſtantinopoli usque Antiochiam praecipue uſurpatam fuiſſe*" docet; De qua autem, utrum peculiaris aliqua verſionis *των ό* editio ſit; an vero authentica Bibliorum verſio, a *Luciano* ſecundum ipſum Hebraicum textum elaborata, varie olim ſenſerunt Eruditi: Eam nempe pro authentica Bibliorum Hebraicorum verſione, eaque cum LXX. interpr. nullo modo comparanda, habuerunt Romani *των ό* editores, in praefatione de Lucianea editione ſic loquentes: *His additur alia quaedam editio ſancti Luciani Martyris, qui vixit ſub Diocletiano et Maximiano impp., valde illa quidem probata; ſed quae cum LXX. interpret. comparari nullo modo poſſit, vel ipſis etiam Graecis ſcriptoribus teſtantibus, et Niceta* (a) *confirmante his plane verbis:* .... Verba vero *Nicetae*, cum extra connexionem attulerint, et praecipue notanda omiſerint Romani *των ό* editores; illa potius ſecundum *Doctiſſ. Uſſerium* (b) hic plene exſcribere lubet: „Επι Διο-

(z) In Apolog. adverſ. Rufinum Oper. Tom. II. p. 522.

(a) *Nicetas* ille eſt *Metropolita Heracleenſis*, cujus exſtat Catena vel Commentar. Patrum in *Pſalm.* cum prooemio in MS. cf. *Fabricii* Bibl. Gr. Tom. VII. p. 737.

(b) Syntagm. de LXX. p. 71. ed. Lond.

Διοκλητιανȣ και Μαξιμιανȣ των τυραννων ἱερομαρτυς Λȣκιανος, ανηρ, ȣχ ἡτ7ον τα Iȣδαιων ακριβωσαμενος, η τα ἡμων, τας εκεινων βιβλȣς εις την ἡμετεραν διαλεξιν μετατιθησιν αριςα τε και ασφαλεςατα· ἡμεις δε, και την τοιαυτην εκδοσιν σεβαζομενοι, τη των ὁβ προκειμεθα μαλιςα; ὁτι διηρημενως την της διαλεξεως μεταβολην ποιησαμενοι, μιαν εν ἑκαςοις εννοιαν και λεξιν αποδεδωκασιν." Quin igitur *Nicetas* Lucianeam pro nova omnino Bibliorum verſione habuerit, nulli dubium eſſe poteſt; Quam vero, licet alii praeter Hieronymum (*c*) teſtes (*d*) pro peculiari των ὁ editione declaraverint, eandem tamen a *Luciano* ſecundum textum Hebr. correctam et omnino immutatam fuiſſe, etiam illi teſtantur; Ita ut Jure forſan aliquo a *Niceta* Romanisque των ὁ editoribus pro nova quaſi verſione haberi potuerit. Sed a diverticulo ad viam. Inter illa, quae ad LXX. interpretum textum emendandum, et antiquam editionem κοινην, ſecundum illam, quam *primo* loco poſuimus, ſignificationem, reſtituendam pertinent ſubſidia, primum locum ſuo quodam jure ſibi vindicant Patrum, qui *ante Origenem* vixerunt, ſcripta; Illorum praecipue, quos accuratioribus των ὁ exemplaribus uſos fuiſſe teſtatur *Anaſtaſius*

(*c*) In verbis, paulo ſupra allatis.

(*d*) vid. Act. SS. Tom. I. p. 358. *Suidas* voc. Λȣκιανος. *Cave* Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ. p. 98. ed. Genev.

ſtaſius Sinaita, dum *provocat ad ακριβη και ανοθευτα και αρχαια των αντιγραφων, τα απο Κλημεντος και Ειρεναιυ και Φιλωνος τυ Φιλοσοφυ και τυ τα Ἑξαπλα συςησαμενυ ςιχθεντα* (*e*). Hos inter, cum antiquiſſimus ſit Philo; illius quoque ſcriptis in Exercitationibus noſtris fundamenti loco uſi ſumus. Verum enim vero, niſi evictum prius fuerit, Philonem loca Biblica non ex ipſis Hebraicis fontibus, ſed e Graeca verſione *των ὀ* allegaſſe; ſcripta ejus ad textum LXX. interpretum, ſive confirmandum, ſive emendandum, adhiberi prorſus nequeunt. Hoc vero ipſum eſt, quod in ſequentibus probare conabimur.

§. V.

(*e*) Graeca haec e MS. adhuc inedito (nam ſolus XII. liber *anagogicarum contemplationum Anaſtoſii Sinoitae* Graece editus eſt cura *Alixii* Lond. 1682. Reliqui vero in MS. aſſervantur in Bibliothecis *Colbertina*, *Epiſcopi Norvicenſis*, et *Collegii Oxon*. vid. Montfauc. not. ad Hexapl. Gen. II, 21.) allegata legi in *Grabii* proleg. ad Octateuch. falſo vero *Cel. Grabius* librum IX. pro VII. continuato citavit; niſi forte alia ſit librorum diviſio in MS. Graec. quam in verſionibus latinis, quarum altera ſeorſim edita eſt Lut. Paris: 1609. altera vero cum reliquis hujus *Anaſtoſii* ſcriptis in *Biblioth. M. P.*, *Lugduni apud Aniſonios* edita, invenitur; Ubi in Tom. VII. p. 892. verba *Anaſtoſii*, Graece ſupra allata, latine ita ſe habent: *Quomodo in ſinceris et non adulteratis antiquis exemplaribus diligentiſſime ſcrutati invenimus, iis, inquam, quae notata fuerant a Clemente &c.*

§. V.

Num Philo linquae Hebraicae peritus fuerit, quaeritur.

Alia eſt quaeſtio, num *Philo* Hebraicae linguae notitiam habuerit? alia, num loca Biblica, quae in ſcriptis eius allegata inveniuntur, e Graeca verſione Alexandrina deſumſerit? Quarum equidem, ſi primam negaveris; neceſſario affirmari debet altera. Non vero vice verſa. *Cel. Joſephus Scaligerus* (*f*) *Philonem* nullam linguae et conſuetudinis Hebr. notitiam habuiſſe, imo ne quidem Hebraice legere potuiſſe (*g*) aſſeruit. Diſſentiunt *Doctiſſ. Hodius* (*h*) et *Cel. Loesnerus* (*i*), *Philoni* profundiorem linguae Hebraicae notitiam concedentes. Medium inter diſſentientes tenet *Illuſt. J. D. Michaelis* (*k*). Qui *Philonem* linguam Hebraicam apprime calluiſſe contendunt, ex ipſis *Philonis* ſcriptis, quorum praecipua eſt in hac lite dirimenda auctoritas, ad ſententiam ſuam probandam haec protulerunt argumenta:

I.

(*f*) In animadverſ. ad Euſebii Cronicon p. 7. et in Epiſtolar. lib. I. ep. 13.

(*g*) De Sect. Judaicis, cap. 18. init.

(*h*) In libro, cui titulus: *De Bibliorum* textibus originalibus et verſionibus Gr. L. III. C. I. p. 228. ſq.

(*i*) In lectionum Philonianarum ſpecim. §. XII. p. 116. ſq.

(*k*) In comment. de cronologia Moſis poſt Diluvium p. 164. ed. Brem. 1769.

I. *Philo in dictis Biblicis citandis nonnunquam a verſione Graeca recedit et cum Hebraico convenit. Doctiſſ. Hodius* (*l*) locum illum, quem ex *libro Judicum* (*m*) attullit *Philo* (*n*), non e verſione των ὁ allegatum, ſed ex ipſo Hebraico textu translatum fuiſſe, putat: *Philo* enim, ubi LXX. ειπε habent, ωμοσε ſcripſit; Unde concludit *Vir Cel.* illum non τυς ὁ, ſed textum Hebr. ſecutum fuiſſe. At enim vero, textus Hebraicus, ſaltem hodiernus, quem tamen mutare noluit *Hodius*, contra *Philonem* cum LXX. conveniens, ויאמר habet. Et ſic omnino cadit fundamentum concluſionis *Hodii*. Nec majoris momenti videtur *alterum* illud argumentum, quo *totum librum Judicum* tempore Philonis Graece nondum translatum; adeoque illum hoc loco textum Hebr. interpretatum fuiſſe probare conatur: *Philo* nempe huic libro non κριτων ſive κριται, ut verſio LXX. interpretum; ſed κριματων titulum dedit. At vero, ex inſcriptione libri, incerta plerumque et arbitraria, nil certi colligi poteſt. Praeterea inſcriptio των LXX. tum argumento libri, qui potius των κριτων Iſraelis, quam των κριματων hiſtoriam tradit, tum ipſo titulo Hebraico שׁופטים, qui ſecundum *Philonem* שפוטים vel משפטים fuiſſe debuiſſet, optime convenit. Plura vero

(*l*) lib. II. C. IX. p. 195.

(*m*) Cap. VIII, 9.

(*n*) lib. de confuſione linguarum. p. 339. ed. Francof.

ro ejusmodi loca attulit *Cel. Loesnerus* (*o*), e quibus *Philonem* ipſa Hebraica Biblia interpretatum fuiſſe judicat; Quae vero, ſi penitius examinata fuerint, ita comparata videntur, ut rem extra omne dubium minime ponant: Inter omnia enim loca ne quidem invenitur unus, in quo *Philo* ipſa verba textus ſacri allegare voluerit. Sunt omnia e memoria allegata, aliisque verbis circumſcripta, e quibus adeo in hac cauſa nil omnino colligi debet: Quam facile enim fieri potuit, ut *Philo*, dum, in circumſcribendo dictum quoddam verſionis Alexandrinae, fortiorem expreſſionem vocis alicujus meditaretur, etſi textum Hebraicum non inſpexiſſet, verbum tamen inveniret, Hebraico melius reſpondens, quam illud, quod in verſione Alexandrina poſitum eſſet? Si quis igitur in ejusmodi locis *Philonem* Hebraicum textum interpretatum fuiſſe ſtatuit, ſaepiſſime fallatur, neceſſe eſt. Atque certe, ſi graviores adſint rationes, cur linguae Hebraicae peritiam *Philoni* abjudicemus; ad illam ei vindicandam haec loca nihil faciunt. Praeterea autem contra illum locum, qui inter omnia, a *Cel. Loesnero* allata, maximum pondus habet (*p*), hoc jure moneri poſſe videtur, quod *Philo*, dum (*q*) το καθ' ὁμοιωσιν τῳ κατ' εικονα, ad ſummam ſimili-

(*o*) In Spec. cit. §. XIII. XIV. p. 19. 20.

(*p*) Gen. I, 26. in ſpecim. cit. p. 19. §. XIII. init.

(*q*) libr. de Opificio Mundi p. 15. ed. Francof.

ſimilitudinem indicandam, adjectum fuiſſe dicit, nullamque textus Hebraici mentionem facit, Graecum potius, quam Hebraicum textum, legiſſe videatur (*r*). Denique vero, ſi vel concedatur, in *Philone* dicta quaedam Biblica, cum textu Hebraico congrua, a textu vero των ό diverſa, inveniri (*s*); non tamen inde ſequitur, *Philonem* textum Hebraicum legiſſe et interpretari potuiſſe: Fieri enim potuit, ut illud verſionis LXX. interpr. exemplar, quo olim utebatur *Philo*, in locis quibusdam cum Hebraicis convenerit, ubi noſtra exemplaria των ό ab iisdem recedant.

II. *Nomina propria Hebraica in Graecum ſermonem haud raro transferre ſolet Philo.* Alterum hoc argumentum, quo uti ſolent illi, qui linguae Hebraicae peritiam *Philoni* aſſerere cupiunt, plus quidem ponderis habet; ſed tamen ante omnia cavendum eſt, ne vocum ſignificationes *ſymbolicas*, quas, ob nimium allegoriarum amorem, abſurdiſſimas ſaepe dedit *Philo*, huc referamus. Sunt omnino in ſcriptis Philonis loca, ubi nominum Hebraicorum veras et

(*r*) Aut enim in conjunctione utriusque vocabuli, aut in unico illo καθ' ὁμοίωσιν, quod pro Hebr. כדמות exſtat, emphaſin quaerit Philo: Utrum aſſumſeris; eodem jure e Graeco, quo ex Hebraico, textu hanc emphaſin eruere potuit noſter, emphaſeum ad nauſeam usque ſtudioſus.

(*s*) Et certe pauciſſima ejusmodi loca in Exerc. noſtris obſervavimus.

et proprias ſignificationes indicaverit; Quas, licet partim in Graecis Bibliis των ὁ legerit (*t*), partim ab aliis audire potuerit, quemadmodum alio loco (*v*) κυριον apud Syros Μαριν (*x*) nominari indicat; hoc tamen de omnibus nominibus Hebraicis, quae Graece vertit, dicere haud auſim; Praecipue, cum illo loco ſe vocis ſignificationem Syriacam ignoraſſe et ab aliis audiviſſe ipſe fateatur: ὅτως δε, inquit, φασιν τον κυριον ονομαζεσθαι παρα συροις; Ubi vero Hebraica nomina Graece vertit, dicere ſolet: τοτο δε ἑρμηνευεται; Et nomen *Beſeleelis* interpretaturus his verbis utitur (*y*): εαν την ἑρμηνειαν τȣ ονοματος ακριβωσωμεν. Exinde igitur concludo, *Philonem* Hebraicorum nominum ſignificationes examinare potuiſſe; nec ei omnem prorſus linguae Hebraicae notitiam eſſe abjudicandam; Quam tamen, tenuem admodum, certe ad regulas grammaticas haud exactam fuiſſe, evincere videntur falſiſſimae illae, quas crebro affert, nominum propriorum etymologiae.

§. VI.

(*t*) vid. Phil. p. 51. ὁ πτερνιστης Ιακωβ. coll. LXX. Gen XXV, 26. XXVII, 36.

(*v*) Lib. in Flaccum p. 970.

(*x*) Μαριν. Syr. ܡܳܪܰܢ. Hic novum exemplum habemus diverſae, qua in vocali Zekopho pronuncianda uſi ſunt Syri, rationis; De qua cf. Aſſeman. Bibl. Orient. Tom. III. P. II. p. 379.

(*y*) Libr. II. Legis Allegoriarum. p. 78.

§. VI.

Philonem dicta ſua Biblica e Graeca Verſione τῶν ὁ allegaſſe demonſtratur.

Quicquid vero ea de re ſtatuas; hoc ſaltem nullo modo in dubium vocari poſſe videtur, quod in Bibliis citandis et interpretandis Verſionem LXX. interpretum ſecutus fuerit, et textum Hebraicum, ſi unquam, rariſſime ſaltem, inſpexerit *Philo*: Plurima enim apud illum occurrunt loca, ubi ipſiſſima verba verſionis τῶν ὁ, licet ab Hebraicis diſcrepantia, attulit (z). Praeterea, ubi emphaſes venatur, has non ex Hebraicis, ſed Graecis Verſionis Alexandrinae verbis, eruere conatur; Et quidem ſaepiſſime ita, ut verba illa, quibus emphaticam quandam ſignificationem tribuit, in ſola verſione τῶν ὁ exſtent, in Hebraico prorſus deſiderentur (a). Accedit, quod, ubi

(z) Cum plurima hujus rei exempla in Exerc. noſtris inveniantur, hic duo proferre ſufficiat: nempe Gen. I, 26. coll. *Phil.* Lib. de Opificio Mundi p. 15. Gen. II, 4. 5. coll. *Phil.* l. c. p. 29.

(a) E multis pauca afferamus: *Philo* Lib. I. Legis Allegor. p. 56. ad Gen. II, 15. verba ὃν ἐποίησεν, quae in verſione τῶν ὁ, non vero in Hebraicis, inveniuntur, praecipue notari jubet. Lib. II. Legis Allegor. p. 73. 74. ad Gen. XXXVIII, 7. attentione dignum eſſe pronunciat, quod Ηρ, primogenitus filius Judae, πονηρος εναντιον Κυριου declaratus fuerit; non vero Κυριος, ſed ὁ Θεος illum *occidiſſe* dicatur. Atque certe οἱ ὁ hunc locum ita exhibent: Εγενετο δε Ηρ . . . . . πονηρος εναντιον

ubi Moſen rebus creatis aptiſſima nomina tribuiſſe laudat, Hebraica nunquam, ſed Graeca illa, quae in verſione LXX. interpretum exſtant, nomina afferat, eaque ex origine Graeca deducat (*b*).

§. VII.

Caute tamen ſcriptis Philonis ad textum των ὁ emendandum uti debemus.

Etiamſi igitur jure meritoque ſcripta *Philonis* ad textum verſionis των ὁ et confirmandum et emendandum adhiberi poſſint; cautione tamen aliqua hac in re opus eſſe videtur: Saepe enim loca ſcripturae

εναντιον Κυριȣ, και απεκτεινεν αυτον ὁ Θεος. In Hebraicis autem differentia inter κυριον et θεον nullum habet fundamentum: utroque enim loco exſtat eadem vox יהוה, quam LXX. uno loco κυριος, altero vero ὁ θεος verterunt. Lib. cit. p. 87. inter την κοιλιαν et τα εγκοιλια diſtinguit; Et certe in verſione των ὁ differentia haec obſervatur: Nam Lev. I, 9. 13. LXX. habent τα εγκοιλια. Cap. vero VIII, 21. et IX, 14. την κοιλιαν. In textu autem Hebraico omnibus his locis vox ſingularis קרב exſtat.

(*b*) Sic lib. de Mund. Opif. p. 7. mundum αισθητον apte et convenienter στερεωμα vocatum fuiſſe dicit: το γαρ, inquit, σωμα φυσει στερεον. Idem porro στερεωμα proprie et accurate a Moſe ȣρανον nominatum fuiſſe ait, aut, quia παντων ὅρος ſit, aut, quia πρωτον των ὁρατων creatum ſit. Lib. I. legis Allegor. p. 52. primum Paradiſi fluvium, φισων vel Φεισων, nomen ſuum a φειδεται και φυλαττειν accepiſſe, terram vero Ευιλατ a vocibus Graecis ευμενες et ἵλεως nominatam fuiſſe fabulatur.

turae ſacrae, e memoria tantum allegata, aliis et pluribus verbis circumſcripſit noſter; Quae, ſi allegoricas explicationes excipias, in ſenſu quidem Bibliorum intelligendo et illuſtrando magnam utilitatem praeſtare queant, ad textum vero των ό emendandum minime applicari debent. Quin etiam, ipſis in locis, ubi Philo textum verſionis Graecae accurate exprimere voluiſſe videtur, a textu illius *hodierno* ad textum Alexandrinae verſionis non ſemper tuto concludere licet: Eadem enim, quae *Hieronymus* (*c*) de corruptione et ambiguitate textus *Philonis* queritur, noſtris adhuc temporibus, etiam poſt operam a *Cel. Mangeo Philoni* navatam, queri ſaepe cogimur: Tantum enim abeſt, ut illa loca, ubi vel antiquiſſima *Philonis* MSS. e Graecorum Bibliorum textu forſan interpolata fuerint, inveſtigaverit et emendaverit *Cel. Mangeus*, ut ipſe potius interdum, ſola auctoritate verſionis των LXX., *Philonis* textum emendaverit (*d*). Sed multa omnino ſunt dicta, quae quomodo in vetuſtiſſimo ſuo των ό exemplari legerit *Philo*, ex ipſius contextu aperte patet (*e*); quaeque ideo in vero textu verſio-

(*c*) Lib. de Nom. Hebr. Oper. Tom. III. p. 1.

(*d*) Quando enim textus ſacri et MSStorum auctoritatem affert, nullum vero MS. peculiare indicat, pro nulla omnino auctoritate habendum eſt, niſi forſan, quoties MSS. ſimpliciter citat, omnes Codices MSS. *Philonis*, a ſe collatos, intelligat.

(*e*) E multis, quae in Exerc. noſtris occurrunt exemplis, unum

verſionis *των ό* inveſtigando maximi ſunt momenti. Sunt denique longe plures maximaeque utilitates e ſcriptis *Philonis* capiendae; in Pythagorica et Platonica philoſophia diſcenda; in quibusdam animalium nominibus Aegyptiacis, in verſione Bibliorum Alexandrina obviis, explicandis (*f*); in vero Judaeorum antiquorum Canone Biblico conſtituendo, cauſisque differentiae, quam inter Bibliorum Libros ſtatuant Judaei, inveniendis (*g*); denique vero et praecipue in Scriptis Novi Teſtamenti illuſtrandis (*h*) maximam utilitatem praeſtabunt Scripta Philonis. Nobis vero, his miſſis, ſufficiat, ſi modo aliquid ad textum *των ό* emendandum, criticamque Veteris Teſtamenti ex *Philone* illuſtrandam, contuliſſe videamur Eruditis.

§. VIII.

---

unum elegantiſſimum hic proferamus. Gen. II, 1. Phil. Lib. I. legis Allegor. p. 40. vid. éxercit. noſtr. p.

(*f*) Sic Lib. de Opif. M. p. 37. ὀφιομαχην, animal Lev. XI, 22. obvium, et Lib. I. de vita Moſis p. 618. σκνιπες, pag. 622. κυνομυιαν, nomina animalium Exod. VIII, 7. occurrentia, fuſius deſcripſit.

(*g*) v. c. cur totum fere Pentateuch. exſcripſerit *Philo*, reliquos vero Biblicos Libros rariſſime allegaverit?

(*h*) cf. *Vener. D. Carpzovii* Exerc. in Epiſtol. Pauli ad Hebr. ex Philone. et *Illuſtr. Michaelis* Einleitung in die göttliche Schrift. des N. T. §. 6. edit. 1766.

§. VIII.

De diſpoſitione Exercitationum noſtrarum.

Reſtat, ut, antequam rem ipſam aggrediamur, reliqua praeter *Philonem* ſubſidia, quorum ope verum verſionis LXX. interpretum textum invenire conati ſumus, hic breuiter enarremus: In ipſo *Verſionis LXX. interpretum* textu recenſendo fundamenti loco uſi ſumus editione *Romana* (*i*), eamque cum reliquis *originalibus των ó* editionibus, *Complutenſi* (*k*), *Aldina* (*l*) et *Grabii* ſiue *Breitingeri* (*m*) in omnibus locis

(*i*) Quae juſſu *Papae Sixti V.* Romae Ao. 1587. ſecundum antiquiſſimum Cod. MS. *Vaticanum* expreſſa eſt. Hiſtoriam hujus των ó editionis una cum deſcriptione Codicis Vaticani in *Morini* epiſtola ad Sixtum V. de LXX. invenies.

(*k*) Illa nempe, quae in ipſis *Polyglottis Bibliis Compl. Cardinalis Franſiſci Ximenii* exſtat; quae vero praeterea in Bibliis *Plantinianis*, Antwerpiae Ao. 1596-72. impreſſis, vulgo *Regiis* dictis; in *Commelinianis*, cum comentario *Fr. Vatabli* Heidelbergae Ao. 1599 editis; et denique etiam in Bibliis Polygl. *Pariſienſibus* columnam verſionis LXX. interpretum occupat.

(*l*) Quae Venetiis Ao. 1618. e praelo *Manutii Aldi*, opera *Andreae Aſulani*, ſoceri *Aldi*, in lucem prodiit. Utramque hanc editionem των ó, licet ex optimis vetuſtiſſimisque Codd. MSS. deſumtam fuiſſe teſtati ſint editores in praefationibus, nullum tamen Cod. MS. deſcripſerunt, imo ne quidem nominarunt.

(*m*) De his, licet in omnium manibus ſit *Breitingeri* των ó editio, *Grabianam* ad litteram fere exprimens, ſequentia mone-

 re

cis allatis ſtudioſe contulimus. Ubi igitur in Exercitationibus noſtris auctoritas *των* LXX. pro lectione aliqua affertur, de illa vel illis ex quatuor hisce editionibus intelligendum eſt, de quibus, quod aliter legant, non expreſſe fuerit indicatum. *Philonem* ipſum quod attinet, *Francofurt.* et *Mangeana* Operum ejus editionibus uſi ſumus. Cum autem Mangeana editio rarior ſit,

re liceat: Si ipſum Codicis MS. *Alexandrini* textum, integrum in utraque hac editione expreſſum, cognoſcere velis; omnia primo ſigna *Origeniana*, aliaque ab ipſo *Grabio* inuenta, ut et omnes voces, minoribus litteris excuſas, detrahas, vocesque praeterea, in margine poſitas, ad ipſum referas textum, neceſſe eſt. Voces Codicis Alexandrini, quas ⋇ ſignavit atque duobus lineolis "clauſit *Grabius*, ex Hexaplis *Origenis* interpolatas deptehendit; Qua igitur ratione innumeras fere Codicis *Alexandrini* ex Hexaplis *Origenis* interpolationes conſpicimus. Voces autem, quas uncis [ ] incluſit, poſt tempora demum *Origenis*, in textum *των ὁ* inſertas putavit, licet falſo ſaepiſſime, *Cel. Grabius.* Omnes voces, minoribus litteris excuſae, emendationes *Grabii* ſunt, vel aliis auctoritatibus, quas tamen rariſſime attulit *Vir Cel.*, nixae, vel ex ingenio ortae. Denique, ubi hoc ſignum ⨯ inſeruit *Grabius*, aut (ſi ſequentia *ſalitis* litteris excuſa ſunt) verba, quae inter ſignum illud et lineolas finales" inveniuntur, poſt tempota demum *Adamantii* in textum *των ὁ* illata eſſe, ſine ullius tamen Codicis Hexaplaris auctoritate, conjicit; aut (ſi ſequentia *minoribus* litteris ſunt expreſſa) vocem aliquam, male plerumque ex Hexaplari interpolatione ortam, in Codice vero *Alexandrino* recte omiſſam, textui editionis ſuae inſeruit. Haec ideo hic monuimus, ut in ipſis exercitationibus brevioribus nobis eſſe liceat; ubi dicta exemplis confirmare ſufficiet, quae ex dictis ab unoquoque ſtatim intelligi poſſunt.

ſit, ſimulque paginas editionis Francof. in margine exhibeat; omnia loca *Philonis* quae non in ſola Mangeana inveniuntur, ſecundum Francof. editionem citauimus. Omnia Bibliorum dicta, in quatuor prioribus *Philonis Mangei* libris obvia, cum reliquis etiam locis, ubi a *Philone* citantur contulimus; et ita quidem, ut ea tantum loca, ubi *Philo* a LXX. differt, in Exercitationibus noſtris notaverimus, reliquis, quae omnia in indice Biblico, editioni Mangeanae annexo, inueniuntur; ubi vero *Philo* cum LXX. conuenit, omiſſis. *Textus Hebraici* recenſionem inſtitui ad normam *Bibliorum Halenſium*, cura *Cel. Joh. Heinr. Michaelis* Anno 1720. editorum: quippe quae editio, donec illud immenſae molis et magnopere deſideratum opus *Illuſtr. Kennicoti* in lucem provenerit, unica ſit, in qua variantes lectiones, ex Codicibus MSS., integris collatis, exceptae, inveniuntur. Cur *Clementis Alexandrini* et *Irenaei* opera perluſtrauerim, ſatis indicat dictum *Anaſtaſii Sinaitae*, ſupra allatum. Illius *Potteriana* et hujus *Maſſuet.* editiones mihi ad manus fuerunt. In fragmentis *Hexaplorum Origenis* conferendis ipſa *Cel. Montfauconii* editione uſi ſumus. *Antiquas* etiam *verſiones Bibliorum Latinas*, a *Cel. Dom. Sabatier* collectas, omni ſtudio perluſtravimus: licet enim *Itala* illa, omnium verſionum Latinarum antiquiſſima et optima (*n*), hodie ab aliis vix diſtingui poſſe

(*n*) vid. *Auguſtin.* de Doctrina Chriſtiana, lib. II. cap. II.

poſſe videatur (*o*), omnes tamen Latinas verſiones antiquas ſecundum Graecam verſionem *των ό* translatas fuiſſe, certum eſt (*p*); adeoque illis ſaltem in locis, ubi cum *Philone*, aliisque antiquis ſcriptoribus conveniunt, in vera lectione textus *των ό* determinanda ullius momenti eſſe videntur. Sub nomine vero, *verſſ. Latt. Sabat.* non illam tantum, verſionem latinam comprehendimus, quam, in textu conſtitutam, *Vulgatam antiquam* nominaverit, ſed varias etiam, e ſcriptis Patrum deſumtas verſiones, quas in notis exſcripſerit *cel. Sabatierus.* Quamvis non niſi de inſignioribus illis lectionibus variantibus, quae ſenſum bibliorum quodammodo adficiunt, ſententiam noſtram indicaturi ſimus, reliquas breviter tantum recenſituri, omnes tamen inter textus nominatos, *Philonem* praecipue, et LXX diverſitates, quae alicujus momenti viderentur, in exercitationibus noſtris invenientur. Poterint igitur, id quod hic unice ſpectamus, aliquid ſaltem adjumenti ad novam, eamque accuratiorem, *των ό* editionem elaborandam afferre. Denique vero nobis liceat, exercitationum noſtrarum vitium paucis indicare, quod, licet omnino quidem probari vix poſſe videatur, certe tamen aliquid excuſationis habet: Vellem omnino, me in dictis biblicis conferendis

(*o*) cf. *Illuſtr. Michaelis* libr. cit. §. 46.

(*p*) Teſte *Auguſtino* l. c. lib. XVIII. cap. XV.

ferendis non ordinem librorum *Philonis*, ſed multo aptiorem biblicam ſeriem continuam, ſecutum fuiſſe; ita ut v. c. in priori hoc ſpecimine Exercitationum, dicta *Geneſeos* omnia, quae *Philo* allegavit, abſolviſſem. Attamen ex illo etiam, qui jam in ſpecimine obtinet, dictorum biblicorum ordine, ea ſaltem utilitas redundare videtur, ut, quaenam ſit inter *Philonem* et verſionem LXX interpretum relatio, non in primo ſolum, ſed in reliquis etiam Moſis Libris exinde conſpiciatur. Nobis vero, cum ſpes ſit, fore ut reliquos omnes Philonis libros in uno adhuc ſpecimine abſolvere poſſimus, in illo certe biblicus ordo continuus obſervandus erit.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXERCITATIO PRIOR

IN

VERRSIONEM

LXX. INTERPRETVM

EX

PHILONE.

Digitized by Google

Geneſis.

Cap. I, v. 2. *Philo Lib. de Opificio Mundi* p. 6. *και σκοτος ην επανω. ην Philonis* in LXX, praeter editionem *Aldinam*, de cujus lectione infra agemus, omiſſum eſt; in *Oxonienſi* vero Cod. MS. *των ό*, a *Cel. Sabatier.* (*q*) collato, quem cum *Philone* ſaepiſſime convenire teſtatur *Rev. Owenus* (*r*), invenitur. *Erant*, quod in omnibus *verſſ. latt. antiqu.*, a *Sabatier* in not. ad h. l. allatis, exſtat, ex indole potius linguae Latinae, quam ex Gr. *ην* ortum fuiſſe videtur; quod igitur, utrum ab ipſis interpretibus Alexandrinis poſitum, et ſequiori tempore ad normam *textus Hebraici* omiſſum; an vero in ipſis authenticis *των ό* exemplaribus omiſſum, poſteaque in MSS. quibusdam illuſtrationis,

(*q*) cf. *Cel. Sabat.* Verſſ. Bibliorum latt. antiqu. ad h. l.

(*r*) In libro, cui tit. An Enquiry into the preſent ſtate of the Septuagint. Verſion. p. 90. not. *b*.

tionis gratia additum fuerit (*s*), dijudicare eſt difficillimum. *Aldinae* vero των ό editionis lectio: και σκοτος επεκειτο επανω certiſſime vitioſa, et vel e verſione *Symmachi*: και σκοτος επεκειτο επι προσωπον, vel ratione ſequenti orta videtur: *Hieronymus*, *in Quaeſtionibus Hebr. in Geneſin*, ad h. l. ſequentia habet (*t*): "*Pro eo*, *quod in noſtris codicibus ſcriptum eſt*, FEREBATVR, (in LXX και πνευμα θεȣ επεφερετο), *in Hebraeo habet*, MEREFETH, *quod nos appellare poſſumus*, INCVBABAT, *ſive*, CONFOVEBAT, *in ſimilitudinem volucris*, *ova calore animantis*". Jam vero, anne facile fieri potuit, ut, auctoritatem Hieronymi ſecutus, lector lectionem των ό, επεφερετο, in επεκειτο, quod τω *incubabat*, ſive *confovebat*, *Hieronymi* melius reſponderet, immutaverit? emendatione, ut fieri ſolebat, in margine ſui Codicis adſcripta, quae poſtea ab inſcio vel minus accurato deſcriptore, in locum alienum inter σκοτος et επανω, forſan inſerta fuit.

verſ. 5. *Philo* p. 3. in voce, μια, quae etiam in LXX. exſtat, emphaſin quaerit. – P. 7. pro πρωι των LXX. ter πρωια habet. – *Lib. Quis rer. Div. haeres* p. 503. εκαλεσε inter, σκοτος et, νυκτα omiſit.

9.

(*s*) De hoc genere interpolationum MSS. των ό egit *Rev. Owenus* l. c. p. 93.

(*t*) Oper. Tom. III, p. 306.

verſ. 9. *Philo* p. 7. ἐπισυναχθῆναι. LXX συναχθήτω. Infinitivus vero ex circumſcriptione *Philonis* oritur.

verſ. 10. *Philo* p. 8. θαλασσαν, ut et *verſio lat. in textu Sabat., mare.* LXX. θαλασσας.

verſ. 24. Pag. 13. Verbis *Philonis* licet ipſa circumſcriptionis nota manifeſte inhaereat, unam tamen ejus lectionem attentione dignam exiſtimo : ubi nempe LXX. τετραποδα habent, in ſuo των ὁ exemplari κτηνη legiſſe videtur ; quod, cum ipſi LXX. interpr. alias ſemper in hoc contextu (*v*), plurimisque aliis locis (*x*), Hebr. בהמה, etiam hoc loco obvium, κτηνη vertere ſoleant, hoc certe reſpectu attentionem meretur. Poſt verba των LXX., και θηρια της γης editio *Compl.* ſic legit: και τα κτηνη, και παντα τα ἑρπετα της γης κατα γενος αυτων. atque MS. *Oxon.* των ὁ, quod contulit *Sabat.* και τα κτηνη κατα γενος, και παντα τα τετραποδα της γης· et denique etiam *verſio Lat. textual. Sabat.* inter κατα γενος et και ειδεν ὁ θεος των LXX ſupplet, *et pecora ſecundum genus.* Cum vero LXX. in his cum *textu Hebraico* accurate conveniant, lectio illorum hoc loco retinenda videtur; praecipue, cum additamenta *verſionis*

(*v*) v. 25. 26. Gen. II, 20. III, 14. VI, 7. 20.

(*x*) e. gr. Exod. XX, 10. Lev. XXV, 7. Pſ. XXXVI, 7. cet. vid. in *Trommii Concordantia* Tom. II. p. 931. 932.

Digitized by Google

ſionis Lat., *editionis Compl. et MS. Oxonienſis* των ό, aut ex ſequenti verſu, aut ex repetitione vocum ſimilium, aut denique ex nota quadam marginali, ad vocem, τετραποδα, in LXX. emendandam, ejusque loco κτηνη ſubſtituendum, adſcripta, vitioſe oriri potuerint; quod ultimum eo veriſimilius videtur, quo major ſit inter additamenta allata convenientia, quae omnia vocem, κτηνη, vel *pecora* exhibent, omniaque eandem certe originem habuiſſe videntur. Cum itaque haec conjecturis modo nitantur; cum ipſe *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1089. in eodem hoc dicto non κτηνη ſed τετραποδα habeat; cum deniqne etiam LXX. aliis quibusdam locis (*y*) Hebr. בהמה τετραποδα verterint, textum illorum hoc loco mutare haud auſim.

verſ. 26. *Philo* p. 15. initium hujus verſus cum LXX. convenientiſſimum attulit; qui tamen a *textu Hebr.* magis recedunt, quam *Aquila*, utraque ſuffixa Hebr. exprimens, et differentiam inter particulas ב et כ obſervans. *Clemens* vero *Alexandr.* (*z*) et *Irenaeus* (*a*), quibuscum etiam *omnes Sabat. verſſ. Latin.* conveniunt, ἡμετεραν των LXX. penitus omittunt, et poſt ὁμοιωσιν legunt ἡμων, quod in LXX. non exſtat. — *Philo Lib. de Confuſione linguarum* p. 334. κυριος ὁ Θεος habet.

verſ. 27.

(*y*) Quae vid. in *Trommii Concord.* Tom. I. p. 535.

(*z*) p. 62. ed. *Potter.*

(*a*) p. 220. 293. et 312. ed. *Maſſuet.*

verſ. 27. *Philo* p. 16. ad finem hujus verſus alludit, dum ἐποίησεν illud, quod οἱ ὁ pro Hebr. ברא poſuerunt, per δημιουργεῖν circumſcribit. — *Lib. III. Allegor. p.* 97., ubi *Cel. Mangeus* falſo verſ. 26. citavit, initium hujus dicti ita exhibet: καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ, LXX vero ita: καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, qui tamen a *textu Hebraico* in eo differunt, quod vocem בצלמו. non legiſſe videantur. Si in textu *Philonis* vocem, Θεοῦ, aut vitio librariorum, aut circumſcriptione Auctoris, pro voce, αὐτοῦ, poſitum dicere velis, cum textu Hebr. ויברא אלהים את-האדם בצלמו. perfecte conveniret textus *Philonis*, primam modo partem hujus verſus e LXX afferens; et tum in LXX pro Hebr. בצלמו. ſupplenda forent verba, κατ' εἰκόνα αὐτοῦ, ita ut textus τῶν ὁ in teger eſſet: καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα αὐτοῦ. κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν .... Sed fieri etiam potuit, ut *Philo* textum τῶν ὁ, cum hodierno omnino convenientem, legerit: forſan enim, cum prima verba, καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ .... ſine ullo diſtinctionis ſigno, ut in MSS. exſtant, ſcripta legiſſet, haec ſola commodum ſenſum praebere videns, ad proxime ſequentia, ἐποίησεν αὐτόν. non attenderit, adeoque nullum, ut hodiernae habent τῶν ὁ editiones, ſignum diſtinctionis inter ἄνθρωπον et κατ' εἰκόνα poſuerit. Atque

ita

ita rem nobis concipere eo potius lubet, cum ipſe *Philo* non κατ' εικονα αυτȣ, ut foret ſecundum Hebr. בצלמו, ſed κατ' εικονα Θεȣ, ut exſtat in LXX, legerit; praecipue vero, cum *Lib. Quis rer. Div. haeres* p. 503., ubi iterum *Mangeus* falſo verſ. 26. citavit, integrum hoc dictum cum LXX convenientiſſimum attulerit.

Cap. II, v. 1. *Lib. I. legis Allegoriarum pag.* 40. Certe librariorum vitio corruptus eſt textus *Philonis*, in omnibus, ante Mangeanam, editionibus ſic poſitus: και ετελεσθησαν ὁι ȣρανοι, και πασαι ςρατιαι αυτων. Ex ipſius enim *Philonis* contextu, quem infra exponemus, illum textum των ό, eundem, qui in hodiernis των ό editionibus invenitur, legiſſe, certo patebit. Primo igitur differentia inter ετελεσθησαν ὁι ȣρανοι Philonis, et συνετελεσθησαν ὁ ȣρανος των LXX minima videtur: praecipue, cum *Philo Lib. Quis rer. Div. haeres* p. 497. cum LXX conveniat. Verba, και ἡ γη, in textum Philonis inſeruit *Cel. Mangeus*, et quidem, ut dicit in not., fide MSS. et textus ſacri, nullo MS. peculiari allato. Ipſe contextus Philonis illum etiam ἡ γη in LXX legiſſe manifeſte oſtendit, nam: *Cum Moſes*, inquit, (*b*), *generationem* τȣ νȣ και της αισθησεως *in anteceſſum deſcripſerit, in hoc dicto* αμφοτερων τελειωσιν διασυνιςησιν. *Philoni* vero allegori-

zanti

(*b*) Initio Lib. I. Allegor. p. cit.

zanti ὁ νους continuo *coelum* eſt et ἡ αιϑησις *terra.* Porro e contextu quoque conſtat, *Philonem* non στρατιαι ſed ὁ κοσμος pro Hebr. צבא. in hoc dicto legiſſe: paulo enim infra de κοσμῳ νου και αιϑησεως, et alio loco (*c*) de δημιουργῳ ſive opifice mundi ſic loquitur: διεκοσμει τον ουρανον κοσμῳ, φωσφοροις αστροις. ubi manifeſta eſt alluſio ad hoc dictum verſionis των ὁ. Praeterea etiam *Cel. Mangeus*, in MS. *Philonis Mediceo* των LXX. πας ὁ κοσμος αυτων ſe inveniſſe, teſtatur. Accedit denique, quod ipſi LXX, duobus reliquis *Pentateuchi* locis (*d*), ubi locutio Hebr. צבא השמים cum ſole, luna et ſtellis conſtructa, occurrit, illam non στρατιαι ſed κοσμος. ουρανου verterint; ita ut vera omnino videatur hodierna LXX. interpretum lectio. Haud tamen inficias ire volumus, alteram *Philonis* lectionem, στρατιαι, etiam hoc loco in MS. quodam των LXX. exſtitiſſe, cum haec lectionum varietas ex ambiguitate vocis Hebr. צבא facile oriri potuerit: ipſa enim Alexandrina verſio phraſin Hebr. צבא השמים aliis locis στρατια του ουρανου vertit, et quidem non ſolum iis in locis, ubi de angelis uſurpatur (*e*), ſed etiam ubi cum ſole, luna et ſtellis conjungitur (*f*).

verſ. 2. *Philo*

(*c*) Lib. de Opificio Mundi p. 11.

(*d*) nempe: Deut, IV, 19. XVII, 3.

(*e*) vid. LXX. III Reg. XXII, 19.

(*f*) Jerem. VIII, 2. XXXIII, 22. cet. vid. in *Trommii* concord. Tom. I. p. 463.

verſ. 2. *Philo* p. 41. *Irenaeus* p. 327. et *verſ. Latt. antiq.* – *Sab.* cum LXX τῃ ἡμερᾳ τῃ εκτῃ habent; ita ut lectio haec verſionis Alexandrinae juſta omnino et indubia videatur. *Originem* vero illius lectionis, forſan minus verae, quae in hodierno textu Hebraico exſtat, et Hieronymi (*g*) quoque tempore exſtitit, pluribus illuſtravit *Cel. Kennicot.* (*h*). – *Philo*, *textui Hebraico* convenienter, εργον αυτȣ, ὁ habet. LXX. vero, *Irenaeus* l. c. et *verſ. Latt. Sabat.*, τα εργα αυτȣ, ἁ. Atqui, licet paulo infra ipſe quoque *Philo* τα εργα legat, ad illam tamen, quam priori loco attulit, lectionem potiſſimum attendendum videtur, cum illo loco omnia verba των ὁ accurate exſcribere voluiſſe videatur. – *Philo Lib. I. Allegor.* p. 43. κατεπαυσεν ȣν. LXX. και κατεπαυσε. quemadmodum etiam *Philo Lib. de Poſter. Caini.* p. 273. (*i*); ubi tamen, cum *Compl.* των ὁ editione, poſt κατεπαυσε vocem, ὁ Θεος, in *Hebraicis*, LXX et *Verſſ. Latt. Sab.* omiſſam, addit. – Emphaſin illam, quam, in

(*g*) In quaeſtionibus Hebr. in Geneſin. Oper. Tom. III. p. 307. *Hieronymus* ſequentia habet: *Pro die ſexto, in Hebraeo habet diem ſeptimum. Arctabimus igitur, Judaeos, qui de otio Sabbathi gloriantur, quod jam tunc in principio Sabbathum diſſolutum ſit, dum Deus operatur in Sabbatho, complens opera ſua in eo, et benedicens diei: quia in illo univerſa compleverit,*

(*h*) In Diſſ. I. p. 521. verſ. *Telleri.*

(*i*) Tom. I. ed. Mang. hic enim liber in Francofurtana Operum *Philonis* editione non invenitur.

in verbo *Hebraico intranſitivo* שבא fruſtra quaerendam, *Philo* in voce κατεπαυσε ſibi reperiſſe videtur, etiam apud *Clem. Alex.* (*k*) et *Origenem* (*l*) invenies. — Vocem παντων inter απο et των εργων in textum *Philonis* inſeruit *Cel. Mangeus* ex MSS. Med. et Trin., quae etiam in *Hebr.*, LXX. et *verſſ. Latt. Sab.* exſtat.

verſ. 3. Ad hunc verſum alludit *Philo*, dum *Lib. I. Allegor.* p. 41. in verbis των LXX., κατεπαυσεν ... ὧν ηρξατο ὁ Θεος ποιησαι, emphaſin quaerit; quod igitur ſatis indicat, illud των ὁ exemplar, quo utebatur *Philo* hoc loco cum hodierno illorum textu conveniſſe. Cur vero οἱ ὁ Hebraica ברא לעשות per ηρξατο ποιησαι transtulerint, certo definire haud auſim. Anne fieri potuit, ut ברא cum *Daleth* in medio vocis, cui quidem verbo, ex Arabico, بدا, notio *incipiendi* tribui poſſe videtur, pro hodierno ברא, cum minima litterarum differentia, legerint? Sin vero hoc minus placeat, ſtatuendum omnino videtur, illos circumſcriptione uſos fuiſſe, ita ut phraſis illa, ηρξατο ποιησαι, nil aliud ſignificet, quam ipſum εποιησεν. quo etiam ſignificatu nonnunquam in N. T. libris

(*k*) Strom. Lib. VI. p. 439. ed. Oper. *Potter.*
(*l*) Lib. VI. contra *Celſum* p. 327. ed. *Hoeſcal.*

libris occurrit (*m*). – Sola *Compl.* των ό editio *ποιειν* legit.

verſ. 4. *Cel. Montfauconius* (*n*) notam, in omnibus, quas vidit, Catenis MSS. Patrum ad h. l., ſine auctoris nomine, adſcriptam, quam vero *Origeni* tribuit *Combefiſius*, ſequentem affert: Το, βιβλος (*o*), εν τῳ τοπῳ τȣτῳ καθολȣ ȣ κειται παρ' Ἑβραιοις, αλλ' επι πλανῃ Ἑβραικȣ γραφεως, πλανηθεντος εν τῃ πλανῃ εκεινȣ, εν ῳ κειται παρα μεν Ακυλᾳ, τȣτο βιβλιον γεννηματων αδαμ· παρα δε τοις ό, ἁυτη ἡ βιβλος γενεσεος ανθρωπων (*p*). ῳηθη γαρ και εν τȣτῳ τῳ τοπῳ βιβλιον παραλελειφθαι, και ȣτως αυτο προσεθηκε. Vult igitur *Origenes*, vel quisquis huius notae auctor eſt, vocem ספר vitio deſcriptoris *Hebraici*, qui hunc locum alio ſimili Gen. V, 1. omnino conformem reddere voluit, in exemplaria quaedam Bibliorum *Hebraicorum* inſertam fuiſſe. Quae ſi vera ſit de corruptione textus narratio, vocem etiam אלה, quae τῳ ספר reſpondere nequit, in זה quod Gen. V, 1. exſtat, certe mutavit librarius. Quemadmodum quoque LXX., quos ex eiusmodi corrupto ex-

(*m*) Praecipue Actor. I, 1. ὧν ηρξατο ὁ Ιησȣς ποιειν τε και διδασκειν, αχρι ἧς ἡμερας . . .

(*n*) In Fragm. Hexapl. *Origenis.* ad h. l.

(*o*) Quod neque exſtat in noſtris Bibliorum editionibus, quae אלה תולדות habent.

(*p*) l. c. Gen. V, 1.

exemplari Hebraico verſionem ſuam hauſiſſe putauit auctor notae, et *Philo* l. c. p. 43. 44., hunc locum, alteri Gen. V, 1. convenientiſſimum, *ἀυτη ἡ βιβλος γενεσεως* exhibent. Omnes *verſſ. Latt. Sab.* etiam, *hic eſt liber* legunt, vocem vero proxime ſequentem, *γενεσεος*, pro qua in Hebr. רולדת, ſine ו, quomodo etiam Gen. V, 1. invenitur, legiſſe, et quidem non tanquam plurale, תּוֹלְדֹת, quod tamen text. Hebr. hodiern. habet Gen. V, 1; ſed tanquam ſingulare ſtatus conſtructi, ob ſequ. Genitiv., תֹּלְדַת pronunciaſſe videntur Alexandrini, varie explicant. Quae etiam diverſitates, ſi forſan exinde ortae ſint, quod de veritate lectionis *των ό*, et illius e qua deſumta erat, lectionis Hebraicae, dubitaverint interpretes Latini; textum Hebr. hodiernum, אלה תוֹלְדוֹת. quem etiam accurate exprimunt verſ. *Aquilae* et *Symmachi*, *ἁυται ἁι γενεσεις*· juſtum et verum eſſe ſuadent. – Pro *ὀρανυ και γης*· *των* LXX. apud *Clem. Alex.* p. 686. legitur: *και των εν αυτοις*· quae verba per ſe nullum omnino ſenſum praebent; niſi, quod forſan haud a vero abludit, illum, *ὀρανυ και γης και των εν αυτοις* legiſſe dicas. – *ὁτε εγενετο. ἡ ἡμερα εποιησεν.* . . . Sic omnes *των ό* editiones, praeter Aldinam, quae ita habet: *οτε εγενετο ἡ ἡμερα, ἡ εποιησεν.* Cum vero *Philo*, ut certiſſime e contextu ejus l. c. patet, *Clemens Alex.* l. c., et ipſe etiam textus Hebraicus, ... בהבראם ביום עשות. cum LXX. ex-

D 2 acte

acte conveniant; lectio editionis *Aldinae* vitioſa omnino videtur, et forſan hoc modo orta: Si Librarius quidam, vel interpres Latinus in vera *των ό* lectione, ότε εγενετο. ῃ ἡμερᾳ εποιησεν .... voces ῃ ἡμερᾳ ſine jota ſubſcripto, quod ſaepe in MSS. Graecis antiquis omitti ſolet, in nominativo legerit, punctumque diſtinctionis, quod nunquam in MSS. exſtat, non poſt εγενετο, ſed poſt ῃ ἡμερα conſtituendum putaverit; ex illa lectione, ότε εγενετο ἡ ἡμερα, εποιησε . . . oriri potuit illa *Sabat. verſio Latina*, quae legit: *cum factus eſt dies, fecit* . . . Quod ſi porro librarius, transpoſitione facta, ἡ poſt vocem ἡμερα, et quidem cum jota ſubſcripto, legerit; ex illa lectione: ότε εγενετο ἡμερα, ῃ εποιησε . . . oriri potuit altera illa apud *Sabat. verſio Latina, cum factus eſſet dies, quo fecit.* Atque ex altera harum lectionum: ex priori nempe inſerendo ῃ cum jota ſubſcripto ante εποιησε; e poſteriori vero, inſerendo ἡ ſine jota ſubſcripto ante ἡμερα, orta videtur lectio editionis *Aldinae* vitioſa.

verſ. 5. *Philo* l. c. a textu hodierno *των ό* haud diſcrepat, niſi quod p. 44. pro αυτην iteratis vicibus, την γην legat, quod cum verbis text. Hebr. את־האדמה accuratius convenit. Cum plurimae etiam *Verſſ. Latt. Sab. terram* habeant; his forſan auctoritatibus, ad vocem την γην in ſuam *τον ό* editionem, cum

parvis

parvis litteris, inferendam permotus fuit *Cel. Grabius.*

verſ. 6. *Philo Lib. de Opif. Mundi.* p. 29. pro, *της γης των* LXX. in fine verſus *αυτης* habet, quod vero ex ipſo *Philone Lib. I. Allegor.* p. 45. *Lib. de Profugis* p. 476. et *Lib. de Poſter. Caini.* p. 249. (q) emendari vellem; praecipue cum et *verſſ. Latt. Sab. terrae* habeant, et *textus Hebr.* האדמה. – *Lib. I. Allegor.* p. 45. in omnibus, ante Mangeanam, *Philonis* editionibus *παν* illud, quod in LXX. verbis *το πρωτοπον* praemittitur, omiſſum eſt, ſed adeſt in *text. Hebr.*, *verſſ. Latt. Sabat.* et apud ipſum Philonem p. 29. 476. 249, locis paulo ſupra citatis, unde illud etiam *Cel. Mangeus* hoc loco ex MS. Med. recte inſeruiſſe putandus eſt.

verſ. 7. *Philo Lib. de Opiſ. Mundi.* p. 30. *χουν λαβων απο της γης.* Licet vox, *λαβων* in *textu Hebr. hodierno*, *plurimis verſſ. Latt.*, et in ipſis etiam LXX, praeter edit. *Compl.* deſideretur; illam tamen in antiqua editione *κοινη* inventam fuiſſe, vix dubito. Cum *Philone* enim, quem hanc vocem in ſuo *των ο'* exemplari habuiſſe, ex ipſius contextu certo conſtat, *Compl.* editio, quae *χουν λαβων απο της*

(q) Tom. I. ed. Mang.

της γης, *Clemens Alex.*, qui p. 981. λαβων χϐν α-πο της γης, et denique *Irenaeus*, qui p. 253. *limum terrae accipiens*, atque p. 311. *et ſumſit Dominus limum de terra* legit, conſentiunt. His igitur auctoritatibus λαβων in textum των ό inferendum videtur; niſi forte cum *Rev. Oweno* (r) hanc vocem a librario quodam, illuſtrationis cauſa additam, dicere velis. Optimo etiam jure *Lib. I. Allegor.* p. 45. textum *Philonis* χϐν απο της χϑονος emendandum eſſe exiſtimo: nam etiam hoc loco MS. *Vaticanum Philonis*, teſte *Cel. Mang.*, vocem λαβων ſupplet, et MSS. Medic. et Trin. pro της χϑονος lectionem meliorem της γης in Philone exhibent; quae igitur omnia vt et contextus Philonis l. c. p. 46. illam lectionem, quam *Philo* habet p. 30. confirmant. – *Philo* Lib. c. p. 40. ψυχην ζωσαν. at *Lib. III. Allegor.* p. 90. *Lib. quod Det. Potiori inſidiari ſoleat.* p. 170, ubi tamen *Cel. Mang.* e MS Vat., ζωσαν reſtituit, ψυχην ζωης legit. Lectio vero prior, ψυχην ζωσαν in LXX. omnino praeferenda videtur, utpote quae cum *textu Hebr.*, editt. των LXX. omnibus, omnibusque etiam *verſſ. Latt. Sabat.* congruat. Pag. 90. et 170. πνευμα habet pro, πνοην των LXX. quod autem in verſionem των ό recipi omnino nequit: nam ipſe *Philo Lib. I. Allegor.* p. 46. *Lib. de Plantatione Noe.* p. 217. et *Lib. Quis Rer. Div. Haeres.* p. 489. πνοην habet; imo p. 46. ex-

(r) Lib. cit. p. 94.

expreſſe indicat, Biblia ſacra non πνευμα, ſed πνοην legere, id quod Auguſtinus etiam teſtatur (*s*).

verſ. 8. *Philo Lib. I. Allegor.* p. 47. 48. cum *Rom.* et *Ald.* των ό editt. convenit. *Compl.* vero ed. et MS. *Alex.* κυριος, ante ό Θεος, ex Hexaplis interpolatum, habent. Pro εδεμ Philonis et των LXX. editio *Compl.* et *Verſ. Lat. Sab.* εδεν habent; quod etiam *Cel. Grabius*, ut Hebraico עדן convenientius, litteris minoribus in ſua των ό edit. expreſſit. – Editi *Philonis* ante *Mang.* εθηκεν legunt, id quod, nullo allato MS., emendavit, ejusque loco εθετο των LXX. ſubſtituit *Cel. Mang.*

verſ. 9. *Philo Lib. I. Allegor. p. 50.* εξαπεστειλεν habet pro εξανετειλεν των LXX. Cum vero *Cel. Mang.* in *Vatic.*, *Medic. et Trin.* MSS. *Philonis* εξανετειλεν invenerit, haec quidem lectio praeferenda videtur; licet forſan etiam altera *Philonis* lectio, εξαπεστειλεν in pluribus antiquis MSS. των ό inventa fuerit: *verſio* enim *antiqua Lat. textual. Sabat. ejecit* habet; quod e Graeca potius εξαπεστειλεν quam εξανετειλεν oriri potuiſſe videtur. – ετι poſt ό Θεος των LXX. et *verſionum Latt. Sabat.* omiſſum eſt in *Philone*

(*s*) Lib. 13. de Civitate Dei. cap. 24.

Philone et *textu Hebr.* — *Philo* l. c. et *Lib. de Plantatione Noe.* p. 220. εν μεσῳ τȣ παραδεισȣ legit cum *verſſ. Latt. Sabat.*, quibuscum etiam conſentiunt hodiernae των ό editiones, excepto MS. Alex. quod, εν μεσῳ τῳ παραδεισῳ habet, quemadmodum etiam *Philo Lib. de Migratione Abrahami* p. 393.

verſ. 10. *Lib. I. Allegor.* p. 51. ſq. Inter εδεμ et εδεν eadem obtinet in LXX. differentia, ac ſupr. v. 8. — τȣ *Philonis*, quod p. 51. et 52. ante ποτιζειν exſtat, in LXX. omiſſum eſt.

verſ. 11. *Philo*, εκει. LXX. εκει ȣ (nam εκει ȣν editionis *Aldinae*, ut et εκει ȣν ȣ *Philonis* p. 54., vitioſa videntur.) Lectionem των ό praeferimus, quia ipſe *Philo* in ſequenti contextu, ſe εκει ȣ in LXX. legiſſe, indicat, et *Cel. Mang.*, in MSS. Med. et Trin. *Philonis*, lectionem των ό, εκει ȣ invenit.

verſ. 12. Και των LXX. ante εκει εϛιν in editione *Compl.*, *Philone* et *textu Hebr.* omiſſum eſt; in plurimis vero *verſſ. Latt. antiqu. Sabat.* exſtat. Si initio hujus verſus, το δε legitur, quod habent *Philo*, et LXX., praeter edit. *Compl.*, και hoc loco non ſupervacaneum videtur; Si vero priori loco cum edit. *Complut.* και το legere velis, poſterius και ante εκει εϛιν commode, ut fit in *Compl.*, omitti poterit.

verſ.

Digitized by Google

verſ. 13. *Philo*, ὁυτος κυκλοι την γην. LXX. ὁυτος ὁ κυκλων πασαν την γην. quae *textui Hebr.* perfecte conveniunt. *Philo* certe in LXX. κυκλοι legiſſe videtur: licet enim v. 11. iterata vice cum LXX. ὁ κυκλων. habeat, hoc tamen loco totidem, κυκλοι exhibet, quam etiam *Philonis* lectionem confirmat illa apud *Sabat. antiqua verſ. Lat.*, in qua per: *hoc circuit* redditur. – Vocem πασαν, hoc loco omiſſam, ipſe *Philo* ſupplet p. 52.

verſ. 14. *Philo*, MS. *Alex.* et ed. *Compl.* των ὁ, προπορευομενος. *Romana* vero et *Ald.* edd., πορευομενος. – *Philo*, ὁυτος ὁ ευφρατης. quae forſan vera fuerit lectio των ὁ: *Romana* enim et *Ald.* edd., ὁ ευφρατης. MS. vero *Alex.* et ed. *Compl.* ut et *Philo* p. 53. ὁυτος ευφρατης habent, et ὁυτος in Hebr. הוא fundatum eſt.

verſ. 15. *Philo* Lib. cit. p. 56. ὁν εποιησε. LXX. ὁν επλασε. *Philonem* in ſuo των ὁ exemplari, ὁν εποιησε legiſſe, e contextu ejus manifeſtum eſt, et cum illo conveniunt *Verſiones Latinae*, praeter unam, omnes, a *Sabat.* allatae, *qui fecit* legentes. Lectio igitur *Philonis* praeferenda videtur, praecipue, cum etiam MS. *Oxonienſe* των ὁ, teſte *Sabatier.*, εποιησε habeat, et vulgata lectio των ὁ, ὁν επλασε. e verbis verſus 8. τον ανθρωπον, ὁν επλασε. huc derivata videatur. Quae ſi ita ſe habeant, ipſi Alexandrini interpretes in textu Hebr. duo verba, אשר עשה in

Bibliis noſtris omiſſa, legerunt. — *της τρυφης*, quod in *Rom.* et *Compl.* edd. *των ὁ*, nec non apud *Hieronymum* (*t*), poſt *παραδεισω* invenitur, in *Philone, verſſ. Latt. Sabat.*, MS. *Alex.* et ed. *Ald.* *των* LXX. omittitur, ſed infra Gen. III, 22. in his etiam exſtat.

verſ. 16. *φαγεσαι Philonis Lib. I. Allegor.* p. 57. certe vitioſum eſt: *Cel.* enim *Mang.* in MSS. *Med.* et *Trin. Philonis*, *βρωσει φαγῃ*, quod habent LXX, invenit; et ipſe *Philo* p. 58. hunc locum, iisdem prorſus, ac LXX. verbis affert, ubi praeterea haec addit de LXX. „*ἐμονον δε φησι, φαγῃ, αλλα και, βρωσει.*" *Verſſ. Latt. Sab. edes ad eſcam, eſca edes.* cet., quae omnia lectionem *των ὁ*, cum Hebr. verbo ingeminato convenientem, confirmant.

verſ. 17. *Philo*, *τε ειδεναι γνωςον καλε και πονηρε.* LXX. *τε γινωσκειν καλον και πονηρον.* Corruptus

(*t*) In Lib. cit. Oper. Tom. III. p. 308. haec habet: *Pro, voluptate, in Hebraeo habet*, EDEN. *Ipſi igitur nunc* (quod non ſupra feciſſent v. 8. et 10.) *ſeptuaginta*, EDEN, *interpretati ſunt*, *voluptatem. Symmachus vero, qui florentem paulo ante Paradiſum* (v. 8. *παραδεισον ανθηρον*) *transtulerat, hic poſuit*, *εν τῳ παραδεισῳ της ακτης* (*της ακτης*, e tribus MSS. ſubſtituit *Cel. Vallarſius* in not. ad h. l. pro vulgata lectione *Symmachi*, *της αλσης*, quam antea jam *Druſius* in, *αλσωνης* mutare voluit) *quod et ipſum, amoenitatem et delicias ſonat.*

ruptus videtur hic locus *Philonis* e praecedenti verſ. 9., ubi et *Philo* et LXX. τȣ ειδεναι γνωϛον καλȣ και πονερȣ legunt: licet enim textus Hebr. hodiernus utroque loco eadem verba, הדעת טוב ורע, exhibeat, adeoque forſan aliquis *Philonem* hoc loco ipſum textum Hebraicum transtuliſſe diceret; ſunt tamen rationes, quae contrarium ſuadeant: Primo enim praecedenti et conſequenti textui *Philonis* manifeſta adeo inhaeret nota corruptionis, ut hic quoque locus in depravationis ſuſpicionem facile cadere queat. Praeterea vero ipſe *Philo* p. 59. cum LXX. exacte conſentit, quos textum Hebr. hoc loco aliter, quam ſupr. v. 9. transtuliſſe, vel exinde patet, quod *verſſ. Latt. Sabat.* lectionem των ό v. 9: τȣ ειδεναι γνωϛον *ſcientiae dignoſcendi*, verſu vero 17. τȣ γινοσκειν *cognoſcendi* verterint. Has igitur ob cauſas, ſed non ob MSS. *Cel. Mangei*, cum nullius MS. lectionem indicaverit, hunc *Philonis* locum, ſecundum textum ipſius p. 59, τοις ό conformem reddendum putaverim. – *Philo* ȣ φαγεϛαι. LXX. ȣ φαγεσθε απ' αυτȣ. Sed ipſe *Philo* p. 59. expreſſe indicat, ſe ȣ φαγεσθε in LXX. legiſſe, ubi etiam quoad cetera cum interpretibus Alexandrinis concordat; niſi quod εξ αυτȣ pro απ' αυτȣ exhibeat. – ότι εν ἡμερᾳ, ᾗ φαγῃ. Etiam haec lectio *Philonis* certiſſime vitioſa, atque ſecundum MS. *Med.*, a *Cel. Mangeo* allatum, verſioni των ό conformanda eſt. Fieri forſan potuit, ut Lector,

Librarius

Librarius, vel editor Operum *Piilonis*, hoc dictum e Bibliis Hebraicis, ubi Deus Adamum ſolum, Eva nondum creata, alloquitur, emendaverit. Quod vero etiam antiqua *κοινη* verba haec in plurali exhibuerit, ex *antiquarum verſ. Latt. Sab.* et Irenaei p. 320. convenientia, ipſiusque *Philonis* teſtimonio p. 59. certo conſtat. – Ad finem verſus MS. *Alex.* pro *φαγετε* των LXX. *φαγεσθε* legit, quod ſupra in reliquis etiam editionibus exſtat. Apud *Irenaeum* denique p. 344., minima a LXX. differentia, hic locus ſic legitur: *ἡ δ᾽ αν ἡμερᾳ φαγητε, θανατῳ αποθανειτε.*

verſ. 18. Licet inter textum hodiernum *Philonis Lib. II. Allegor.* p. 1087. et *των ό* nulla conſpiciatur differentia, nobis tamen orta eſt ſuſpicio, annon in ſuo *των ό* exemplari *ποιησω* in ſingulari legerit? Sic enim habet p. 1088. 1089. Praeterea, ſi in textu *των ό, ποιησωμεν* inveniſſet, etiam hoc loco, ut in dicto, Gen. I, 26. *Lib. de Opiſ. Mundi* p. 16. *Lib. de Confuſione Linguarum* p. 344. et *Lib. de Profugis* p. 460., in verbo plurali emphaſin quaeſiturus fuiſſe videtur. Accedit, quod ipſe textus *Hebr.* hoc loco verb. ſing. אעשה altero vero loco verbum plural. נעשה exhibeat. Certe igitur lectio *Philonis*, *ποιησω*, licet *τοις ό* et *antiquis Verſ. Lat. Sabat.* contraria, attentione digna videtur.

verſ. 19

verſ. 19. *Philo* Lib. cit. p. 1089. in voce ετι, quae in LXX. et *antiqu. verſ. Lat. Sab.* invenitur, in Hebraicis vero omnino omiſſa eſt, emphaſin quaerit, Pag. 1090. verba τι καλεσει idem ſignificare vult, ac δια τι καλεσει, ut ſententiam moralem exinde elicere queat, quae vero explicatio, textui Hebraico et totius ſermonis connexioni contraria, ut et emphaſis, e voce ετι, in Hebraicis omiſſa, eruta, *Philonem textum Hebraicum* hoc loco haud conſuluiſſe, oſtendunt. — Pro εαν των LXX. *Philo* et *ed. Compl.* αν habent. Lectio, εαν, utpote quae paulo rarior ſit (*v*), praeferenda videtur. Haud equidem ignoramus, *S. V. Erneſtium* (*x*) *Xenophonti*, imo *Atticis* in univerſum, hanc loquendi rationem abjudicaſſe; At vero, Alexandrinos interpretes ad Atticae venuſtatis normam minime exigendos eſſe, quisque harum rerum peritus facile concedet. Accedit, quod etiam quoad *Atticos* ſcriptores, ſi a tanto Viro ea, qua par eſt, modeſtia, diſſentire nobis liceat, haud ſatis certum videatur hoc ſummi Viri effatum: Contrarium enim

(*v*) Apud LXX. enim nullibi, niſi Gen. XXX, 33. et *Danielis* I, v. 13. Και εαν φανη ἡ οψις ἡμων διατετραμμενη παρα τους αλλους νεανισκους τους εσθιοντας απο του βαβυλονικου δειπνου, καθως εαν θελῃς, ουτω χρησαι τοις παισι σου. ex editione illa *Romana*, quae hoc ipſo anno, a Codice Chiſiano expreſſa, prodiit, occurrere meminimus.

(*x*) In nupera *Memorabilium Xenophontis* editione, p. 151.

enim ſuadent loca *Lyſiae* (y): Ακȣετε, ω ανδρες δικαϛαι, ότι περι αμφοτερων κειται, και όσοι εαν μαχης αυτης εις τȣπισω αναχωρησωσι, και όσοι αν εν τῃ πεζῃ ϛρατιᾳ μη παρωσι, ... et *Aeſchinis* (z): Περι δε της αλλης κατηγοριας δεομαι ὑμων, ω ανδρες, εαν τι παραλιπω, και μη μνησθω, επερωτᾳν με, και δελȣν ὁ, τι εαν ποθητε μȣ ακȣσαι ... — Pro αυτῳ in fine verſus, MS. *Alex.* αυτȣ habet, et *Verſſ. Latt. Sabat. hoc eſt nomen ejus*;

verſ. 21. *Philo* l. c. p. 1091. 1093, LXX. et *Verſſ. Latt. Sab.* nullum κυριος ante ὁ Θεος exhibent; ſola igitur auctoritate *textus Hebraici*, qui יהוה ante אלהים habet, ſuum: ⨯ κυριος in textum των ό inſerere haud debuiſſet *Cel. Grabius* (a). *Philo* p. 1094. pro ανεπληρωσε. των LXX, ανεπληρȣ habet; quod vero, quaſi in tranſitu et feſtinatione dictum, nullius eſt momenti.

verſ. 23. Non ſolum *Philo* p. 1094. ſed etiam Clemens Alexandrinus p. 227. vocem των LXX, οϛȣν, quam *Cel. Grabius*, tanquam poſt *Adamantii* aevum in textum των ό inſertum, uncis [ ] incluſit, exhibent; imo etiam in *Hexaplis Cel. Montfauconii* τοις ό tribuitur lectio

(y) p. 521. ed. *Reiſkii.*

(z) p. 192. ed. *Reiſkii.*

(a) cf. ea, quae ſupr. in Exercit. praelim. p. 15, et infr. ad Geneſ. VI, 8. diximus.

lectio, *οςȣν*, nullo ſignata aſteriſco; ita ut minus fundata videatur *Cel. Grabii* de hac voce conjectura, quam nullis praeterea Patrum auctoritatibus, aliisve argumentis confirmavit. – Pro *ωςεων*. *των* LXX. *Philo* ſaepius cum *Aquila* *ωςων* habet. – In fine verſus editio *Compl. Hebraicum* ואת, quod in reliquis *των ό* editt., et forſan etiam in *Philone* (*b*) omittitur, exhibet.

verſ. 24. Quod *Philo* p. 1096. pro *ἑνεκεν*. *των* LXX. *ἑνεκα* habeat, eo minoris eſt momenti, cum ipſe p. 653. (*c*) cum LXX. conveniat. – LXX. *τον πατερα αυτȣ και την μητερα*. MS. vero *Alexandr.* *τον πατερα αυτȣ και την μητερα αυτȣ*, bis repetito pronomine *αυτȣ*, legit. Cum autem *Philo* p. 1096. plurimaeque *Verſſ. Latt. Sab.* utrumque pronomen omittant, et ipſa *των ό* exemplaria varie inter ſe differant, et praeterea ejusmodi pronomina in *Grabiana* *των ό* editione ſaepe aſteriſcis notata, adeoque ex Hexaplis interpolata conſpiciantur; annon igitur fieri potuit, ut ad normnm textus Hebr., את - אביו ואת - אמו, in MS. *Alexandr.* utrumque ſuffixum, in reliquis vero *των*

(*b*) Nam *ἀυτη* illud, cui *Philo* p. 1095. ſignificationem emphaticam tribuit, potius prius, in omnibus *των ό* editt. ante *κληθησεται* obvium, quam poſterius, in omnibus, praeter *Complutenſem*, deſideratum, fuiſſe videtur.

(*c*) Oper. Tom. II. ed. Mang.

των ό editt. unum tantum poſt πατερα, ex Hexaplis interpolatum fuerit? Attamen cum ipſe quoque *Philo* p. 635. (*d*) poſt πατερα pronomen αυτȣ habeat, et quaedam etiam *Verſſ. Latt. Sab.* pronomina promiſcue exprimant, nil certi ſtatuere auſim. – Pro προς την γυναικα των LXX. MS. *Alexandr.* et editio *Ald.* τη γυναικι legunt, quibuscum convenit illa *Verſ. Lat. Sab.*, quae habet, *uxori ſuae.*

verſ. 25. *Rom.* et *Compl.* των ό editt. cum hoc dicto caput III. Geneſeos incipiunt, quibus ſuffragatur *Philo* p. 1096. ubi haec verba cum ſequentibus arctiſſimo nexu cohaerent.

Cap. III. v. 1. *Philo* p. 1107. pro ην. των LXX. et *verſſ. Latt. Sab.* εστιν habet, et των ante θηριων της γης omiſit; hae vero diverſitates e circumſcriptione vel negligentia forſan *Philonis* ortae, nullius fere momenti eſſe videntur.

v. 8. *Philo L. III. Allegor.* p. 60. και εκρυβη. LXX. vero, ut et Philo p. 61, εκρυβησαν. — τȣ ξυλȣ in *Compl.* et *Aldin.* των ό editt. librariorum, ut videtur, vitio omiſſum eſt; in *Rom.* enim ed. et MS. *Alex.*, in textu *Hebr.* in *Verſſ. Latt. Sab.* et in *Philone* exſtat.

verſ. 9.

(*d*) l. c.

verſ. 9. 10. *Philo* p. 69. κυριος, quod in ſola Ald. των ό ed. deeſt, ante ὁ Θεος exhibet — Αδαμ ante πε ει omiſſum eſt in ed. *Compl. Philone, Verſione textuali Sabat.* et ipſo textu *Hebr.* — Praeterea ſola *Compl.* edit. in ſequenti verſu 10. ubi reliquae των ό editt. και ειπεν αυτῳ habent, pro voce αυτῳ ſubſtituit Αδαμ. Inter *Verſſ. Latt. antiqu.*, a *Cel. Sabat.* in notis ad v. 9. et 10. allatas, *ſeptem* ad verſ. 9. legunt: *Adam! ubi es? una* vero: *ubi es Adam?* ad verſ. 10. *textualis: et dixit ei: una* in nota: *reſpondit ergo Adam: una: et dixit illi: duae* vero: *et dixit:* Cum vero textus *Hebr.* v. 9. ויאמר לו איכה legens, vocem Αδαμ ante πε ει omittat, et verſ. 10. ויאמר את־קלך habens, nec αυτῳ nec Αδαμ poſt και ειπε agnoſcat, forſan rem nobis ita concipere poſſumus: Si vera antiquae editionis κοινης lectio haec fuerit, verſ. 9. Και εκαλησεν ὁ Θεος τον Αδαμ και ειπεν αυτῳ; πε ει. v. 10. και ειπε; της φωνης . . . facillime fieri potuiſſe videtur, ut vox Αδαμ, vitio librariorum repetita, et in quibusdam exemplaribus, ut in *Rom.*, *Grab.* et *Ald.* των ό editt. ante πε ει, in aliis vero, ut in edit. *Compl.* poſt και ειπε, vox vero αυτῳ ſimili modo in *Rom. Grab.* et *Ald.* editt. poſt και ειπε inſerta fuerit. Vocem αυτῳ quod attinet, accedit etiam *Cel. Sabatieri* auctoritas, qui illam in ipſo quodam των ό exemplari, quod vero non nominavit, omiſſam eſſe animadvertit.

v. 10. *Philo* p. 70. ut ſupra v. 8. ita et hoc loco cum LXX. της φωνης, MS. vero *Alex.* utroque loco την φωνην habet. *Verſio Lat. textualis Sab.* ſic: *vocem tuam audivi ambulantis*, quae, ſi in LXX. της φωνης legiſſet, aliter tamen latine vertere haud potuiſſet. – Vox περιπατουντος, ut in *Verſſ. Latt. Sab.* ita et in omnibus των ὁ editt. obvia, vitioſa et forſan e verſ. 8. orta videtur, in *Philone* enim l. c. MS. *Oxon.* των ὁ, quod contulit *Sabatierus*, ipſo textu *Hebr.* et plurimis *Verſſ. Lat. Sab.* omiſſa eſt. Hinc etiam uncis illam incluſit *Grabius*, quam oqtimo jure penitus delere potuiſſet.

verſ. 13. Etiamſi *Philo* p. 71. cum MS. *Alex.* et editione *Compl.* των LXX. plurimisque *Verſſ. Latt. Sab.* vocem κυριος ante ὁ θεος, in *Romanam* et *Ald.* των ὁ editt. ex Hexaplis, ut videtur, ad *Hebr.* יהוה exprimendum inſertam, omiſerit, illam tamen *Grabius* in ſuam των ὁ edit. recepit. Poſt και ειπε in ſolo *Philone* omiſſ. eſt γυνη.

v. 14. *Philo* p. 72. et *Irenaeus* p. 221. verba, των ετι, ante της γης omittunt, quae etiam cauſſa fuiſſe videtur, cur ea *Grabius* uncis incluſerit. – *Philo* l. c. p. 82. et 90. ab *Hebr.* textu diſcrepans pronomen συ poſt ςηθει omittit; verba vero, και τη κοιλια, quae *Hieronymi* jam tempore (*e*) in Hebraicis deſide-

(*e*) *Hieronymus* in Quaeſt. Hebr. ad h. l. Oper. Tom. III. p. 309.

deſiderabantur, exhibet. – Pro φαγῃ legit φαγεται. – Cum *Philone*, vocem, σȣ, quod attinet, conſentit *Compl.* των ὁ editio, quae etiam voces κτηνων et θηριων inverſo ordine ponit. Vulgata vero των LXX. lectio, των κτηνων . . . των θηριων . . . cum *Philone* et Irenaeo ll. cc. et, ſi Alexandrinorum interpretandi morem ſpectes, cum textu quoque Hebraico convenit. LXX. enim, ubi in conſtructione Hebraica בהמה et חית השדה ſive חית הארץ ſimul occurrunt, illud ſaepiſſime κτηνη hoc θηρια vertere ſolent (*f*).

v. 15. *Philo* p. 73. et 95. και τȣ σπερματος αυτης. LXX. vero και αναμεσον τȣ σπερματος αυτης habent. Plurimae *Verſſ. Latt. Sabat.* et *Irenaeus* p. 318. cum *Philone*; aliae vero *Verſſ. Latt. Sabat.* et *Irenaeus* p. 287. cum LXX. conveniunt, quorum igitur lectio, textui hebraico congrua, retinenda videtur.

v. 16. *Philo* p. 97. et 98. cum LXX. τον ϛηναγμον. *Compl.* vero editio plurimaeque *Verſſ. Latt. Sab.* cum Hebraico convenientes, τȣς ϛηναγμȣς habent. – *Philo* p. 101. pro τεξῃ, τεξεις legit. – Pronomen

p. 309. *Ventrem ſeptuaginta interpretes addiderunt; caeterum in Hebraeo pectus tantum habet.*

(*f*) cf. *Trommii* Concord. LXX. Tom. II. p. 752-931.

nomen σȣ poſt τον ανδρα omiſſum eſt in Hexaplis *Montfauconii* ſine nota, utrum vero vitioſe, an auctoritate MS. cujusdam, neſcio; omnes enim των ό editt. *Verſſ. Latt. Sabat.* et *Philo* l. c. ſuffixum Hebr. exhibent.

v. 17. *Philo* p. 102. ειπεν ὁ Θεος. Vox autem ὁ Θεος in LXX, text. *Hebr.* plurimisque *Verſſ. Latt. Sab.* quarum tamen *duae: dixit Deus*, *una: dixit Dominus*, legunt, omiſſum eſt. — τȣτȣ μονȣ ante μη φαγειν, a ſolo *Philone* h. l. omiſſum, ipſe infra p. 106. exhibet. — εφαγες, quod poſt απ' αυτȣ in LXX. exſtat, uncis incluſit *Grabius*, forſan motus auctoritatibus, quas poſtea attulit *Sabatierus*, qui exemplar aliquod των LXX. απ' αυτȣ ſine εφαγες, unamque verſionem latinam . . . *ne ederes ex eo*, *maledicta* . . . legere teſtatur; praetereaque teſtimonium *Auguſtini* (*g*) affert, ubi multos *Codd. Latt.* omnia verba, απ' αυτȣ εφαγες, omiſiſſe commemorat. Philonem autem non ſolum, απ' αυτȣ, ſed etiam εφαγες in ſuo των ό exemplari legiſſe, non ſolum e p. 102. ubi lectionem, απ' αυτȣ εφαγες, integram affert, ſed praecipue e p. 106. ubi praecedentia verba, τȣτȣ μονȣ μη φαγειν, a proxime ſequentibus, απ' αυτȣ εφαγες, ſejungit, manifeſtum eſt.

v. 19.

(*g*) Lib. I. Locut. Tom. III. part. I. col. 326.

v. 19. *Cel. Mangeus*, *Benzelio* duce, in *Philone* p. 107. poſt *προσωπȣ σȣ*, verba, *φαγεσαι τον αρτον σȣ*, quae in textu Hebr. omnibus *των ό* editt. et *Verſſ. Latt. Sabat.* exſtant, ſupplevit, et quidem haud injuria; *Philonem* enim haec verba in LXX. legiſſe, ex ipſius contextu proxime ſequenti, ubi inter *χορτον* et *αρτον* diſtinguit, manifeſtum eſt. – *Philo* l. c. *μεχρι αποςρεψεως.* LXX. vero *έως τȣ αποςρεψαι σε*, quae proxime cum Hebr. עד שובך conveniunt.

Cap. VI, v. 8. *Philo* p. 75. cum LXX. *εναντιον.* *Compl.* vero editio et ipſe *Philo Lib. Quod Deus ſit immutabilis* p. 306. *εναντι* habet. – *Philo* l. c. p. 308. *παρα κυριω θεω* et p. 304. *παρ αυτω* habet; hae vero differentiae e circumſcriptione ortae videntur, dum aliis locis, in indice *Mangeano* allatis cum LXX. legat: *εναντιον* ſive *εναντι κυριȣ τȣ θεȣ.* Textus autem *Hebr.* pro Graecis, *κυριȣ τȣ θεȣ*, unicam modo vocem יהוה exhibet; id quod conjecturam, quam ſupra propoſuimus, de voce *κυριος* ſaepiſſime in LXX. ex Hexaplis interpolata, multo certiorem reddit; ipſos nempe Alexandrinos interpretes voces Hebr. יהוה et אלהים tanquam ſynonyma promiſcue modo per *κυριος* modo per *ό θεος* transtuliſſe, tam ex hoc loco, ubi Hebr. יהוה *ό θεος* verterunt, quam ex Gen. XXXVIII, 7. ubi pro יהוה priori loco *κυριος*, poſteriori vero *ό θεος* poſuerunt, nec non

ex multis aliis locis (*h*) abunde manifeſtum eſt. Apte igitur Hebraica, יהוה אלהים, per unicum ὁ Θεος explicare potuerunt; Licet haud praefracte negaverim, interdum forte etiam ab ipſis utraque verba, κυριος ὁ Θεος, conjunctim poſita fuiſſe. Poſtea vero *Origenes* vel alii Bibliorum interpretes Chriſtiani, uno vel altero loco hoc factum fuiſſe videntes, aut ſemper ita fieri debere opinati ſunt, aut vocem κυριος, nomen uſitatiſſimum *Jeſu Chriſti*, ut ſynonymum τȣ יהוה, quod ſoli Deo aeterno competat, quam ſaepiſſime uſurpare voluerunt. Hinc igitur fieri potuit, ut vocem κυριος, ſive ex ingenio, ſive ad normam recentiorum verſionum Graecarum, quae ſaepe κυριος ὁ Θεος legunt, in Hexaplari των ὁ editione ante ὁ Θεος cum ※ ſemper ſuppleverit *Origenes*; imo non illis ſolum locis, ubi in Hebraicis exſtarent duae voces, אלהים, ſed etiam hoc loco et infr. Gen. XXIX, 31. ubi non niſi una vox יהוה invenitur.

Cap. IX, v. 21. *Philo* non ſolum *Lib. II. Allegor.* p. 1098. ubi e circumſcriptione ortum videri poterat, ſed etiam *Lib. de Plantatione Noe.* p. 233. ubi haec verba, ſimul cum praecedentibus allata, e Verſione Alexandrina exſcripſiſſe videtur, επιε τȣ οινȣ legit; LXX. vero cum *Verſſ. Latt. Sabat.* et cum Hebr. וישת מן - היין, επιε εκ τȣ οινȣ.

Cap.

(*h*) quae vid. apud *Trommium* Tom. II. p. 940. 944.

Cap. XII, v. 1. *δω* illud, vel ex correctione *Cel. Benzelii* *δωσει*, quod *Philo* habet *Lib. III. Allegor.* p. 76. pro *δειξω των* LXX, e circumſcriptione ortum videtur; aliis enim locis ipſe quoque *δειξω* habet; praecipue *Lib. de Migratione Abrahami.* p. 394. ubi Deum Abrahamo *δειξω*, non vero *δεικνυμι*, adeoque nec *δωσω*, dixiſſe indicat. — Initio *Libri cit.* p. 388. et *Lib. Quis rer. Divin. haeres* p. 520. totum hunc verſum attulit, ubi illud praecipue notandum videtur, quod *Philo* utroque loco, cum MS. Alex. *των* LXX. conveniens, verba *και δευρο*, in reliquis *των ό* editt. obvia, et in *Verſſ. Latt. Sabat.* varie: *et vade*, *et veni*, translata, cum *textu Hebr.* omiſerit.

Cap. XIV, v. 18. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 75. et 76. iteratis vicibus *προσφερει* habet, ita ut pro *εξηνεγκεν των* LXX, pro quo ed. *Compl.* *εξηνεγκεν αυτω* exhibet, *προσενεγκεν* legiſſe videatur. Vox vero editionis *Compl.* *αυτω*, quae non minus, quam *αυτȣ* ex interpolatione Hexaplari alias ſaepiſſime inſerta eſt, etiam hoc loco, ubi in ipſo Hebr. textu, nec non in *Verſſ. Latt. Sabat.* quae tantum per *protulit* reddunt, deeſt, ejusmodi interpolationis ortum debere videtur. — *Philo*: *ἱερευς τȣ ὑψιςυ*. LXX. cum Hebr. *ἱερευς τȣ Θεȣ τȣ ὑψιςȣ*, in *Ald.* vero edit. poſterius *τȣ* omiſſum eſt.

verſ. 22. et 23. Etiamſi *Philo* Lib. c. p. 65. hos verſus circumſcripſerit, ex hujus tamen loci cum alio, *Lib. de Temulentia* p. 255. ubi dicta haec Biblica integra attulit noſter, collatione, quid in ſuo των ὁ exemplari legerit, ſatis patet. *Philo* nempe utroque loco vocem κυριος, quae in *Rom.* et *Ald.* των ὁ editt. ante ὁ Θεος exſtat, in *Compl.* vero edit. MS. Alex. et *Verſſ. Latt. Sab.* inter quas etiam eſt locus *Irenaei* p. 233. omittitur, non exhibet. *Grabius* vero pro more ſuo illam, licet aperte ex interpolatione ortam, in ſuam των ὁ edit. minoribus litteris inſeruit. – Pro σφυρωτηρος *Romanae* et *Ald.* των ὁ editt., *Compl.* edit. vitioſe legit σφερωτηρος, ſed MS. *Alex.* cum *Philone* utroque loco: σφαιρωτηρος; quae vox alias a LXX. interpretibus pro parte candelabri, quae in ſphaerae formam facta erat, ponitur (*i*). – Pro επλευτισα ſola *Compl.* edit. legit. επλευτησα. – *Philonis* τον ὁρωντα pro τον αβραμ LXX. interpretum e circumſcriptione ortum videtur. Solet equidem *Philo* nomen Jacobi, Ισραηλ, alias per τον ὁρωντα τον Θεον explicare; Cum autem ipſi Alexandrini interpretes Hebraicum חוה (*k*), vel in conſtructione plena חוה־על (*l*), *prophetam*, τον ὁρωντα vertere ſoleant, et ipſe etiam

(*i*) Exod. XXV, 31. ſqq. XXXVII, 18. ſqq.

(*k*) vid. *Trommii* Concord. Tom. II. p. 143. 2. חזה.

(*l*) Paralip. IX, 29.

etiam *Philo*, Lib. c. p. 63. pro Ισραηλ των LXX, non τον ὁρωντα τον θεον, ſed tantum τον ὁρωντα, et *Lib. de Migratione Abrahami* p. 394. τον ὁρωντα, Ισραηλ ponat, nulli nubium eſſe poteſt, quin *Philo* etiam verbum τον ὁρωντα omnino pro propheta poſuerit; quidni igitur hoc loco *Arahamum* τον ορωντα, prophetam, dicere potuerit? praecipue, cum Gen. XX, 7. nomen Prophetae ei tribuatur. Quod ſi ita ſe habeat, minus fundata eſt conjectura *Cel. Mangei* de textu *Philonis*, et hoc loca et p. 63, textui των ὁ conformando.

Cap. XV, v. 5. *Philo Lib. c.* p. 68. aliisque in indice *Mangeano* allatis locis, vocem αυτῳ των LXX, quam tamen plurimae *Verſſ. Latt. Sab.*, *et dixit ei* legentes, exhibent, verbaque MS. *Alexandrini*, προς αυτον, quas una quoque *Verſio Lat. Sab.*, *et dixit ad eum* vertens, ſequitur, textui Hebraico convenienter penitus omiſit. *Philonis* igitur teſtimonio valde confirmatur opinio *Origenis*, qui his verbis των ὁ, utpote quae in Hebraicis omitteretur, obelum ÷ ſignum reprobationis praefixit. – Quae *Philo* habet *Lib. Quis Rer Div. Haeres.* p. 492. προσαγαγων δε αυτον εξω φησιν, mera ſunt circumſcriptio textus των ὁ, εξαγαγεν δε αυτον εξο, και ειπε, quem ipſe p. 68. unico δε omiſſo accurate exhibet. – δη poſt αναβλεψον των LXX. in Compl. editione, *Verſſ. Latt. Sab.* omnibusque Philonis locis, ut videtur, haud immerito omittitur; niſi forſan *Hebraico* נא reſpondere poſſet.

– *Philo*

– *Philo Lib. c.* p. 492. pro εαν δυνηση των LXX. et εαν δυνη MS. *Alex.*, εαν δυνηθης legit, verbaque και ειπεν, ante ουτος εϛαι in LXX, omiſit. Ultimam hanc lectionem quod attinet, trifaria varietate inter ſe differunt *Verſſ. Latt. Sab.* Aliae nempe, cum LXX, *et dixit*, habent; plurimae vero, cum textu *Hebraico*, *et dixit ei.* Duae denique, cum *Philone* convenientes, et *Hebr.* ויאמר לו, et *Graec.* και ειπεν, penitus omiſerunt.

Cap. XVII, v. 15. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 101. verba των LXX, το ονομα αυτης, poſt quae ſola *Compl.* editio ετι ſupplet, penitus omiſit; vulgata autem lectio των ό quae etiam apud Hieronymum (*m*) invenitur, eo potius retinenda videtur, cum ipſe textus *Hebr.* vocem שמה exhibeat, omnesque *Verſſ. Latt. Sab.* cum LXX. convenientes, *non appellabitur nomen ejus Sara* legant, cum denique *Philo* locutionem mere Hebraicam, το ονομα αυτης, vel negligentia vel ſtudio facile omittere potuerit, eadem omnino ratione, qua *Hieronymus* l. c. Hebraica vertit: *Sarai uxorem tuam non vocabis e a m* . . . pro, non vocabis

(*m*) *Signanterque*, inquit *l.* not. ſq. cit. p. 332., *non ut in Graeco legimus: . . , non vocabitur nomen ejus Sara; in Hebraeo habetur? . . . non vocabis nomen jus Sarai.*

bis *nomen ejus.* – In *Romana* vero των ό editione vox αλλα ante σαῤῥα, quae, Hebraico כי reſpondens, in omnibus reliquis των ό editt. omnibusque *Verſſ. Latt. Sab.* et denique etiam in *Philone* l. c. invenitur, ſupplenda eſt. – Porro differentia inter *Philonis*, σαῤῥα αυτης εϛαι το ονομα, et LXX. interpretum, σαῤῥα εϛαι το ονομα αυτης, minime videtur. Sola vero *Aldina* των ό editio pro σαῤῥα vitioſe σαρα legit. Licet enim *Hieronymus* (*mm*) diſcrimen nominum, quae uxori *Abrahamae* competerent, non in reduplicatione litterae R, ſed in differentia litterarum *Hebraicarum* י et ה in fine vocis, conſtitiſſe acriter diſputaverit, contraria tamen ſententia, cui etiam aſſentiuntur *Juſtinus Martyr* (*n*) et *Sulpicius* *Se-*

(*mm*) In Quaeſt. Hebr. ad h, l. Oper. Tom. III. p. 331. *Errant*, inquit, *qui putant, primum Saram per unum R ſcriptam fuiſſe, et poſtea ei alterum R.* additum, et, quia R apud Graecos centenarios numerus eſt, multas ſuper nomine ejus ineptias ſupicantur: quum utique, utcunque volunt, ei vocubulum commutatum non Graecam, ſed Hebraeam debeat habere rationem, quum ipſum nomen Hebraicum ſit . . . *SARAI igitur primum vocata eſt per SIN, RES, JOD: ſublato igitur JOD, i. e. J elemato, addita eſt HE littera, quae per A legitur, et vocata eſt SARA. Cauſa autem ita nominis immutati haec eſt, quod antea dicebatur, princeps mea, unius tantum domus materfamiliae: poſtea vero dicitur abſolute princeps.*

(*n*) In dialogo cum *Tryphone* p. 340. Oper. ed. Colon. 1686: „Αλλα δια τι μεν ἑν αλφα πρωτῳ προσετεθη τῳ Αβρααμ ονοματι θεολογεις, και δια τι ἑν ρω τῳ σαῤῥας ονοματι.

Severus (*o*), ductos fuiſſe Alexandrinos interpretes, vel ipſa Aldina τον ό editio ſuadet, quae neque primo loco, cum Hebr. שרי, σαραι, ſed cum reliquis των ό editt. *Philone* et *verſſ. Latt. Sab.* σαρα habet, adeoque etiam altero loco cum iisdem σαῤῥα habere debuiſſet: Hic enim non de vera nominum uxoris *Abrahamae* etymologia, ſed de vero textu των LXX. ſermo eſt.

v. 17. *Philo* p. 101. pronomen αυτȣ poſt επι προσωπον των LXX, cum MS. *Alex.* omittit, quod tamen *Cel. Grabius* minoribus litteris in ſuam των ό edit inſeruit. – LXX. και εγελασε, και ειπεν εν τη διανοια αυτȣ. *Compl.* vero editio, και εγελασε, και ειπε τη διανοια λεγων. *Philo* denique l. c. pluribusque aliis locis ſic legit: και εγελασε, και ειπε. quaſi verba, τη διανοια αυτȣ, in illo, quo utebatur, των ό exemplari, omnino deſiderarentur. Quod vero *Philo* etiam τη διανοια, in LXX. legerit, ex ejusdem *Lib. de Mutatione Nominum* p. 1072. conſtat, ubi, poſtquam hoc dictum . . . ειπε τη διανοια; ει τω ἑκατοντα ετει &c. attulit, addit: μη τοι νομισης, ω γενναιε, το ειπειν ȣχι τω ϛοματι αλλα τη διανοια προσκεισθαι παρεργως. et poſtea: τη γαρ διανοια, φησιν,

(*o*) Lib. I. Hiſtor. ſacrar. p. 18. ed. *Vorſtii*: *Tum ei* (Abrahamo) *atque uxori ejus adjectione unius litterae nomen immutatum.*

φησιν, ειπεν. Ex quibus igitur ſimul conſtat, *Philonem* non ſolum cum *Compl.* edit. et MS. Alex. nullum pronomen αυτꙋ, poſt τῃ διανοιᾳ, legiſſe, ſed etiam cum *textu Hebr.* vocem ſuperfluam λεγων, in omnibus των ό edditt. et *verſſ. Latt. Sabat.* obviam, omiſiſſe. – LXX. και ει ή σαῤῥα ... in *Philone* vero, omiſſum eſt ει, et in MS. *Alex. Aldinaque* edit. των ό, ή. – *Philo* denique cum ſola *Ald.* των ό edit. poſt verba, εννενηκοντα ετων, vocem ꙋσα ſupplet, quae eo potius in LXX. recipienda videtur, cum Hebraico הבת aliquo modo reſpondere queat; conſtat enim, *mulierem, nonaginta annos natam*, Hebraice dici *filiam nonageſimi* anni, quemadmodum quoque *Abrahamus* ſupra in hoc verſ. de ſeipſo dicat: הלבן מאה־שנה יולד. *num filio centeſimi anni naſcetur?* et alio loco (*p*) agnus anniculus a Moſe dicatur בן שנה *filius anni*.

Cap. XVIII, 12. Quae *Philo* habet p. 101. και εγελασε τῃ διανοιᾳ και ειπεν, aut e circumſcriptione, quae in hoc contextu Philonis manifeſta eſt, aut e loco parallelo Gen. XVII, 17. vitioſe orta videntur: Ipſe enim *Lib. de Mutatione Nominum* p. 1070. cum LXX. accuratiſſime conveniens, hoc dictum ita exhibet: εγελασε δε σαῤῥα εν ἑαυτῃ λεγꙋσα. Praeterea etiam *Verſſ. Latt. Sab.* quae *in ſemetipſa* habent, lectionem

(*p*) Gen. XII, 5.

lectionem των ό εν ἑαυτῃ confirmant; ita ut nemini ex *Philone* oriri debeat ſuſpicio, interpretes Alexandrinos verba Hebr. בקרבה Gen. XVIII, 12. et בלבו Gen. XVII, 17. utroque loco per eandem vocem τῃ διανοιᾳ explicaſſe; Quod tamen ita fieri potuiſſe oſtendunt Syri Arabisque interpretationes: ille enim utroque loco per ܒܠܒܗ, hic per نفس reddunt.

v. 17. *Philo* Lib. III. *Allegor.* p. 66. cum LXX. μη κρυψω; *Rom.* vero et *Compl.* editt. ου μη κρυψω legunt. – εγω ante απο αβρααμ in ſola *Compl.* edit. omiſſum eſt. – Porro *Philo* hoc quidem loco cum omnibus των ό editt. τȣ παιδος μȣ, ſed, quod notatu digniſſimum eſt, *Lib. de verbis: Reſipuit Noe.* p. 281. hoc dictum ita exhibet: φιλον γαρ το σοφον Θεῳ μαλλον η δȣλον, παρ' ό και σαφως επι Αβρααμ φασκει; μη επικαλυψω εγω απο Αβρααμ τȣ φιλȣ μȣ . . . *Philonem* igitur in LXX. τȣ φιλȣ pro hodierno τȣ παιδος legiſſe, manifeſtum eſt. Atque veram eſſe hanc *Philonis* lectionem plurimae ſuadent rationes: *Jacobus* Apoſtolus (*q*) de *Abrahamo*: „και φιλος Θεȣ εκληθη" dicit. *Clemens Romanus* (*r*): „αβρααμ, inquit, ό φιλος προσαγορευθεις, πιςος ευρεθη". *Clemens Alexandrinus* ite-

(*q*) Jacobi Epiſt. Cap. II, v. 23.

(*r*) In Epiſt. I. ad Chorinth. quem legimus in *Cottelerii* PP. Apoſtol. Vol. I. p. 153. ed. *Clerici.*

iteratis vicibus glorioſum hoc nomen *Abrahamo* tribuit: „Σαφεϛατα γȣν, inquit (*s*), ὁ κυριος δια τȣ αβρααμ διδασκει πατριδος .... και πλȣτȣ παντος καταφρονειν .... και δια τȣτο και φιλον αυτον ονομαζει.” Et alio loco (*ss*) δια τȣτο, ὁ μεν, ηκουσεν φιλος. Et tertio denique loco verba *Clementis Romani* citans (*t*): και αβρααμ, ος δια πιϛιν και φιλοξενιαν φιλος Θεȣ, πατηρ δε τȣ Ισαακ προσηγορευθη.” Apaud Arabes etiam *Abrahamus* modo خليل الله *amicus Dei*, modo الخليل *amicus*, vocari ſolet. Huc denique pertinere videntur verba *Origenis* (*v*): „τȣ δε αβρααμ το ονομα ου Μουσης αναγραφει μονος, οικειων αυτον Θεῳ, αλλα γαρ και πολλοι των επαδοντων δαιμονας χρωνται εν τοις λογοις αυτων τ[illegible], ὁ Θεος αβρααμ, ποιȣντες μεν δια το ονομα και την προς τον δικαιον τȣ Θεȣ οικειοτητα”, et locus ille in *Libro Judith* (*x*), ubi *Vulgata* de *Abrahamo* haec verba, quae tamen in Graeco non inveniuntur, exhibent: „*Dei amicus effectus eſt*”. Verum enim verò, cum nullus alius exſtet Bibliorum locus, ubi nomen illuu, φιλος τȣ Θεȣ, *Abrahamo* tribui-

(*s*) Paedagog. Lib. III. Cap. II. p. 259.

(*ss*) Lib. III. Cap. VIII. p. 27.

(*t*) Stromatum Lib. IV. p. 610.

(*v*) Lib. I. contra *Celſum* p. 17. ed. *Hoeſchelii.*

(*x*) Cap. VIII. v. 19.

tribuitur, ſuſpicio forſan haud immerito oriri poterat, in *hodierno textu Hebraico* Gen. XVIII, 17. inter אברהם et אשר excidiſſe vocem רחמי, quae ob ſimilitudinem cum tribus ultimis litteris vocis praecedentis אברהם a librario minus attento facile omitti potuit. Quod vero *Hebr.* רחמי τȣ φιλȣ μȣ vertere potuerint Alexandrini interpretes, ex convenientia vocum *Chald.* רָחֵם et *Syr.* ܪܳܚܡܳܐ, quae *amicum* ſignificant, imo etiam ex ipſa radice *Hebr.* רחם, quae Pſ. XVIII, 2. et Prov. XXVIII, perinde ac *Arab.* رحم et رخم notionem *amandi* habet, et ab ipſis LXX. ll. cc. per αγαπαν translata eſt, ſatis conſtare videtur (*y*). Cum tamen omnes, praeter *Syriacam*, quae cum hodiernis τοις ό ܥܠ ܚܒܝܒ ܐܒܪܗܡ habet (*z*), verſiones Bibliorum antiquae, et ipſe quoque

(*y*) Hanc quoque vocem *Job.* XXIV, 20. per *amicum* reddere voluit R. *Levi Gerſonides*, non diſſentientibus *Druſio* et ipſo *Schultenſio* in Commentar. ad h. l. *Jobi* p. 676. Etiam *Amoſ.* I, 11. haec vocis ſignificatio omnium aptiſſima videtur.

(*z*) Verba illa, τȣ παιδος μȣ, in hodiernum των ο textum ex alia verſione Graeca irrepſiſſe fere crediderim; Syrum, ܚܒܝܒ vertentem, decepit, ni fallor, ambiguitas vocis interpolatae παιδος, qua non pro *puero* ſolum, ſed etiam pro *ſervo* uti ſolent Graeci. Auctor vero verſionis Graecae *puerum* forte intellexit, quam verſionem vocis רחם prorſus damnare haud auſim, cum pro *puella* poſita eſſe videatur haec vox *Jud.* V, 30.

quoque textus *Hebraico-Samaritanus*, cum hodierno *textu Hebr.* in eo conveniant, ut nullum omnino cognomen *Abrahamo* hoc loco tribuant, nil certi ſtatuere de *Hebraicis* auſim.

Cap. XXI, v. 12. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 106. παντα αν ὁσα ειποι. LXX. vero cum *textu Hebr.* παντα ὁσα αν (MS. *Alex.* εαν) ἑιπῃ σοι. – Solum denique MS. *Alex.* inter εϛω et εναντιον σε vocem ῥημα ſupplet, quaſi in *Hebraico* fuiſſet דבר poſt ירע, quod, ſi exſtaret, haud incommodum ſenſum praeberet; cum vero deſideretur, pro interpolatione habendum videtur ῥημα, et vel omnino delendum, vel obelo ſaltem notandum.

Cap. XXII, v. 16. *Philo Lib. cit.* p. 98. pro ἑινεκεν, ἑνεκεν habet et p. 99. ἑνεκα. – Verba δι᾽ εμε, quae ſupra v. 12. *Hebraico* ממני reſpondent, hoc loco in ipſo *textu Hebr.*, ut et in *Ald.* των ό edit. omiſſa, *Philo* cum reliquis των ό editt. exhibet.

Cap. XXIV, v. 63. Etiamſi *Philo Lib. cit.* p. 63. cum LXX. legat: αδολεσχησαι εις το πεδιον το προς δειλης, aliae tamen rationes lectionem editionis *Compl.* των ό: αδολεσχησαι εν τω πεδιω προς δειλην, eligere ſuadent; unica enim, quae ex illa *Philonis* et των LXX. lectione elici poſſe videtur, ſententia haec foret, quod Hebraica לפנות ערב de occidentali pla-

F ga

ga agri, in quem egreſſus erat Jacobus, intellexerint Alexandrini (*a*). Cum autem vox Graeca *δειλη* non de plaga aliqua terrae, ſed potius, ut alio loco apud ipſos Alexandrinos interpp. *δειλινον* pro Hebr. לרוח היום (*b*) et ipſum hoc *δειλη* alias ſaepe (*c*) pro veſpertino tempore diei uſurpari ſoleat, lectio editionis *Compl.* *προς δειλην* omnino praeferenda videtur. — Verba praecedentia non ut in LXX. exſtant, *εις το πεδιον*, ſed ut in edit. *Compl.* *εν τῳ πεδιω*, quae cum Hebr. בשרה conveniunt, *Hieronymus* (*d*) in LXX. olim legit.

Cap.

(*a*) Graeca enim conſtructio *προς δειλης* cum *προς βορεȣ* et *προς νοτου* *Homeri*, et *προς νυκτος* *Heſiodi*, per *noctem* intelligentis *occaſum*, convenit.

(*b*) Gen. III, 8. quem ad locum *Hieronymus* in quaeſt. Hebr. tom. III. p. 309. haec profert : . . . *το δειλινον* Graecum ſermonem ad verbum transferre non poſſumus, pro quo in Hebraeo ſcriptum eſt ΛΑΡΟΗ ΑΙΩΜ, quod Aquila interpretatus eſt *εν τῳ ανεμῳ της ἡμερας*. . . . Symachus vero, *δια πνευματος ἡμερας*. . . . Porro Theodotion manifeſtius, *εν τῳ πνευματι προς καταψυξιν της ἡμερας*. Alexandrinorum vero interpretationem vocum לרוח היום reliquis verſionibus Graecis non repugnare exinde patet, quod cognatae radices Arabicae راح et رَيْحٌ, quia *tempus veſpertinum ventusque* in eo conveniunt, ut aerem frigidiorem reddant, tam actionem, *tempore veſpertino* ſuſceptam, quam *flatum ventus* ſignificent.

(*c*) vid. *Tromm.* Tom. II. p.

(*d*) l. c. p. 342. *et egreſſus eſt Iſaac exerceri in campo ad veſperam.*

Cap. XXV, ℣. 27. *Philo Lib. cit.* p. 61. ην δε. LXX. και ην. – ανϑρωπος in *Philone* omiſſum eſt poſt Ησαυ. – Inter Ιακωβ δε et ανϑρωπος MS. *Alex.* ſupplet ην. – Verba Ιακοβ δε ανϑρωπος απλαςος hoc modo transponit *Philo*: Ιακωβ δε απλαςος ανϑρωπος. – Pro οικων οικιαν editio *Ald.* legit οικων εν οικιᾳ.

Cap. XXVII, v. 11. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1097. verba, quae *Jacobus* locutus eſt per circumſcriptionem *Moſi* tribuit; hinc, ubi LXX. εγω habent, in *Philone* legitur Ιακωβ. – Verba ὁ αδελφος μȣ penitus omiſit, et pro εςιν ſubſtituit ην.

verſ. 36. In verbis των LXX. ιδȣ δευτερον τȣτο plurimae occurrunt lectionis varietates. *Rom.* et *Ald.* editt. ιδȣ. *Philo* vero *Lib. III. Allegor.* p. 96. MS. *Alex.* et edit. *Compl.* των ὁ ηδη legunt, ſenſu fere eodem manente (*e*). Cum poſteriori tamen lectione proxime convenire videtur *Verſio Lat. textual. Sabat.* *ſupplantavit enim me j a m bis.* Sive vero ιδȣ, ſive ηδη pro

(*e*) *Luc.* XIII, 16, legitur: ἡν εδησεν ὁ σατανας ιδȣ δεκα και οκτω ετη; ubi manifeſte ιδȣ ſynonymum τȣ ηδη occurrit; quemadmodum quoque illud interpres Syriacus per ܗܐ, quod alias, v. c. locis not. ſq. allatis, pro ηδη ponere ſolet, verterit. Similiter in ipſis LXX. *Deuter.* VIII, 4. legimus ιδȣ τεσσαρακοντα ετη; ubi etiam Syrus ܗܐ habet pro ιδȣ.

pro vera *των ὁ* lectione aſſumſeris, quorum quidem poſterius ſuadere videntur auctoritates plurimae, quaerundum omnino erit, unde ortae ſint hae lectiones, quae in textu hodierno *Hebr.* זה פעמים minus fundatae videntur? Num exinde, quod Alexandrini interpretes vocem הנה, quam certe ante עתה non legerint, forſan paulo ſupra ante זה in ſuo exemplari *Hebraico* habuerint? Quod, ſi ita ſe haberet, ex illo non ſolum *ἰδȣ*, ſed etiam *ἤδη* oriri potuiſſe videtur: *Hebraico* enim הנה cum cognata particula *Syriaca* ܗܘ *Graecum ἤδη* (*f*) reſpondere poterat. Obſtat vero, quo minus rem ipſam concedere poſſimus, antiquiſſimi Bibliorum textus *Hebraico-Samaritani*, omniumque reliquarum verſionum antiquarum cum hodierno *textu Hebr.* convenientia, quae non ſolum הנה, ubi hodie exſtat, ante עתה exhibent, ſed etiam ante זה omnes omittunt (*g*). Forſan igitur, dixerit aliquis, ipſum *Hebr.* זה per *ἤδη* verterunt Alexandrini, quod poſtea in nonnullis exemplaribus vitioſe in *ἰδȣ* mutatum fuerit.

(*f*) cf. Nov. Teſtam. Graec. et Syr. Math. III, 10. XV, 32.

(g) ܗܘ illud, quod Syrus in verbis ܗܘ [illegible] exhibet, hoc loco neque *τὸ ἰδȣ* neque *τὸ ἤδη* Graecorum, ſed Hebraico זה reſpondere oſtendunt loca, quae infra not. *k.* citata inveniuntur; ubi ipſi quoque LXX. nullum *ἰδȣ* vel *ἤδη* exhibent, et ubi ſemper Hebraicum זה per ܗܘ vertit Syrus, Chaldaeus ſemper per דנן.

rit. At vero, licet equidem זה tam per ἰδȣ, ut *Deuter.* VIII, 4. quam per ἤδη explicare potuerint Alexandrini, hoc loco hanc vocem per τȣτο ab illis expreſſam fuiſſe ſuadent loca parallela, infra not. *k.* afferenda. Nobis igitur vero videtur ſimillimum, vocem ἤδη, ſi ipſis *Alexandrinis* interpretibus ortum debeat, illuſtrationis gratia, ut ſupra nonnunquam contigiſſe oſtendimus, inſertam fuiſſe; Quod ſi vero interpolatio fuerit, forſan ex ambigua ſignificatione vocis זה, vel ex *Verſione Lat. Sab. jam bis*, quae certe etiam hoc loco corrupta videtur, dum alio loco (*h*) *Hebr.* זה et *Graec.* τȣτο accuratius per *hoc* vertit, vel denique ex *Vulgata Hieronymi*, quae *Hebr.* זה ſaepe *en* vel *ecce* vertit, recentiori tempore orta, eo potius in accurata των ό edit. obelo notanda videtur. — LXX. δεύτερον τȣτο. *Compl.* vero edit. vocem τȣτο penitus omittit, et *Philo* verba δεύτερον τȣτο. τα τε ſic legit... δεύτερον. τοτε τα... Lectionem Philonis commendat placidus et elegantiſſimus ſenſus, quocum conſentiunt *verſio Bibliorum Arabica et Vulgata nova Hieronymi* (*i*), et facile etiam, minima mutatione adhibi-

(*b*) *Numer.* XXII, 28. LXX. τȣτο τριτον vel τρίτον τȣτο. *Vulgata antiqua Sabat. quia percuſſiſti me tertio hoc.*

(*i*) Arabs Polyglott. Waltoni habet: تعقّبني مرّتين اوّلا اخذ *accepit me bis, primo abſtulit* . . . et Vulgata *Hieronymi: ſupplantavit enim me en altera vice, ante tulit.* . . .

ta (*ii*) conciliari poterit *textus Hebraicus*. Vulgatam vero των ὁ lectionem δευτερον τυτο veram fuiſſe antiquam interpretum Alexandrinorum explicationem verborum וזה פעמים, ex aliis locis (*k*), ubi eandem conſtructionem Hebraicam ſimiliter transtulerunt, certo conſtat. Lectionem igitur *Philonis*, niſi ex illius et LXX. interpp. lectionibus ſimul junctis novam tertiam: δευτερον τυτο. τοτε τα . . . componere velis, damnare cogeris. Nobis certe illa, in quam Philo; Arabs et Vulgata conſpirant, lectio ob ſenſum, quem praebet pulcherrimum, e circumſcriptione oriri potuiſſe videtur. – *Philo* cum editt. *Rom.* et *Compl.* πρωτοτοκια habet pro πρωτοτοκεια editionis *Ald.* et MSti *Alex.*; cum his vero contra illas ειληφε, pro ελαβε.

verſ. 40. *Philo* l. c. p. 96. hunc verſum circumſcrihendo ſic affert: . . . ὁτι τῳ αδελφῳ σου δυλευσεις, αλλ' ουχι νυν, ου γαρ ανεξεται σε αφηνιαζοντα, αλλ' ὁταν εκλυσης τον ζυγον απω τυ τραχηλυ συ

(*ii*) Si nempe וזה cum פעמים transponas, et tum vertas: זה ſc. הפעם, iſta vice i. e. τοτε.

(*k*) *Numer.* XIV, 22. *Hebr.* וזה עשר פעמים LXX. τυτο δεκατον. Syr. ܗܐ ܥܣܪ ܙܒܢܝܢ. Cap. XXII, v. 28. 30. *Hebr.* וזה שלש רגלים LXX. τριτον τυτο. Al. τυτο τριτον. Syr. ܗܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ

σϰ. unde colligimus, illum una cum *Hieronymo* (*l*) nullum αυτϰ poſt τον ζυγον legiſſe, et ſenſum textus Hebraici hoc loco minime aſſecutum fuiſſe. Vult nempe, cum verſione Alexandrina, *Iſaacum Eſavo* dixiſſe: *non ſervies fratri tuo Jacobo* (*Philoni* τῃ αϱητῃ) *antequam jugum* (ſc. χαλεπων και αφοϱητων των εν σεαυτω δεσποτων) *a cervice tua dejeceris.* Qui ſenſus, quo minus e textu Hebraico elici queat, obſtat ſuffixum vocis עלו, ad *Jacobum* neceſſario referendum. Plana vero et expedita erunt omnia, ſi cum *Viris Cell. Coccejo* (*m*), *Ludov. de Dieu* (*n*) et *Majo* (*o*) verbo רוד, collata radice Arab. رود et Aethiop. ſignificationem *volendi* tribuas; tunc enim verborum Hebr. ואת־אחיך תעבד והיה כאשר תריד ופרקת עלו מעל צוארך haec erit ſententia: Fratri quidem tuo ſervies, ſed non perpetuo, quamprimum enim ipſe velis, vel te obſtinaveris animumque ſumſeris, jugum ejus e collo tuo excutere poteris. — *Lib. de congreſſu quaerendae eruditionis gratia* p. 449. initium hujus verſus affert, ubi τῃ των LXX.

ante

(*l*) In Quaeſt. Hebr. p. 348. *Secundum autem ſeptuaginta, qui dixerunt:* erit autem cum depoſueris et ſolveris jugum de collo tuo, *videtur pendere ſententia, nec eſſe completa.*

(*m*) In Commentar. ad Jerem. II, 31. et Hoſ. XII, 1.

(*n*) In Commentar. ad ll. cc.

(*o*) in ſupplem. ad Pſ. LV, 3. coll. Tren. I, 7.

ante *μαχαιρα* omittit et *ζησεις* legit pro *ζηση*.

Cap. XXX, v. 1. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1095. cum LXX. et *textu Hebr.* τεκνα; ſola vero *Compl.* των ό edit. τεκνον; ut et ſola *Ald.* edit. τετεκε habet pro τετοκε των LXX.

Cap. XXXI, v. 20. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 63. 64. et *Lib. de Profugis* p. 451. lectionem των LXX. εκρυψε δε Ιακωβ Λαβαν τον συρον confirmat, pro qua tamen *Cel. Grabius* ex emendatione poſuit εκλεψεν . . . Utram vero ex hiſce lectionibus, quae utraque ſenſum *decipiendi* vel *celandi* praebet, recipere velis, ex illa tamen, num vocem לב poſt גנב in ſuo exemplari Hebr. legerint Alexandrini, nec ne, certo determinari nequit. Etiamſi enim ipſi LXX. vocem illam nec hoc loco neque infra v. 26. ad litteram verterint, atque ipſa Hebr. vox גנב non minus, quam Graec. κλεπτειν, notionem *decipiendi* vel *celandi* habere queat (*p*); facile tamen fieri potuit, ut integram phraſin Hebr. גנב לב circumſcripſerint, vocique לב *intellectus* potius, quam *cordis*, ſignificatum tribuerint Alexandrini interpretes (*q*).

verſ.

(*p*) cf. infr. v. 27. ותגנב אתי.

(*q*) Quod vero hunc ſignificatum Hebraico לב tribuere liceat, non ſolum e cognato Syriaco ܠܒ, ſed etiam ex illis Bibliorum *Hebr.* locis, ubi nulla ei alia ſignificatio tribui

verſ. 21. *Philo* ll. cc. cum LXX. habet *και τα αυτȣ παντα*, quae MS. *Alex.* ordine inverſo legit *και παντα τα αυτȣ.* Similiter etiam verba *και ανεϛη*, a *Cel. Grabio* non ſolum contra reliquas *των ό* editt. ſed etiam contra ipſum MS. *Alex.* ſecundum Hebr. ויקם inſerta, omittit noſter.

verſ. 26. *Philo* p. 64. recte cum *Rom.* *των ό* edit. *κρυφη απεδρας* habet contra *Compl.* edit. quae ſola *απεδρας κρυφη*, et contra *Ald.* edit. MSque *Alex.* quae *κρυβη απεδρας* legunt. – Vocem *μαχαιρᾳ* poſt *αιχμαλωτιδας* omittit *Philo*, et verbo *εκλοποφορησας με*, quae pro Hebr. תגנב את־לבבי poſuerunt Alexandrini, per *το φρονειν εκλεψας* explicat. – Denique etiam initium verſus ſequentis cum praecedentibus conjunctum afferens hodiernum textum *των ό*. v. 26. *ειπε δε Λαβαν τω Ιακωβ; τι εποιησας, ἱνατι κρυφῃ απεδρας, και εκλοποφορησας με* . . . . v. 27. *Και ει αναγγειλας μοι, εξαπεϛειλα αν σε* . . . . Diſſentiunt nimirum LXX. interpretes a textu Hebr. hodierno, dum verba למה נחבאת לברח, quae jam initio verſus 27. exſtant, ſtatim poſt מה עשית in verſ. 26. legiſſe, ותגנב אתי omnino non habuiſſe et pro ולא, ואם inveniſſe videntur. Verum enim

tribui poteſt: e. g. *Dan.* V, 21. ſatis conſtat. cf. *Illuſtr. Michaelis* Colleg. Crit. p. 162. 416.

enim vero, cum omnes reliquae *verſſ. antiqq.* ipſeque *textus Hebraico-Samaritanus* cum hodiernis Bibliis conveniant, textum *των ό*, etiamſi ſenſum aptiorem praebeat, praeferre merito dubitamus.

Cap. XXXII, v. 10. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1104. vocem *ταυτῃ* poſt *τῃ ῥαβδῳ μȣ*, in *Rom.* et *Compl.* *των ό* editt. forſan e proxime ſequenti *τȣτον*, vel ex illa *Verſſ. Lat. Sab.*, quae *in virga enim mea iſta* legit, ortam, una cum *textu Hebr.*, ed. *Ald.* et MS *Alex.* *των ό* omittit. – Pro *Hebr.* קטנתי, quod initio verſus exſtat, *Rom. et Compl.* editt. *ἱκανȣσθω μοι*, *Ald.* *ἱκανος ειμι*, *Cel. Grabius*, ex emendatione, *ἱκανȣται μοι* pro lectione MS. *Alexandrini*, *ἱκανȣσαι μοι*; quae vero, teſte *Cel. Montfauconio* in Hexapl. ad h. l. in Schedis Combefiſianis obvia, et in *Verſ. Lat. Sab.* *idoneus es mihi* fundata, reliquis praeferenda videtur. Licet illa etiam, ut omnes reliquae, verbum Hebr. minus accurate exprimere, et ſenſum quodammodo turbare videatur (*r*).

Cap. XLV, v. 11. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 95. *ετη ραρ πεντε λιμος.* LXX. vero cum *textu Hebr.* *ετι γαρ πεντε ετη λιμος*; quibus denique editio *Aldina* addit *εσαι επι της γης.*

Cap.

(*r*) *Hieronymus* Quaeſt. Hebr. p. 356. *Pro eo*, inquit, *quod nos poſuimus:* minor ſum, *aliud, neſcio quid, quod ſenſum turbet, in Graecis et Latinis codicibus continetur.*

Cap. XLVIII, v. 15. In *Philonis Lib. III. Allegor.* p. 93. verba των LXX. *ενωπιον αυτȣ* poſt *οι πατερες μȣ* vitioſe omiſſa ſunt: illum enim haec quoque verba in LXX. legiſſe ex *Lib. de nominum mutatione* p. 1050. evidentiſſimum eſt, ubi, poſtquam verba *ο Θεος, ω ευηρεϛησαν οι πατερες μȣ* attulerit, addit: *και προςιθησιν; ενωπιον αυτȣ, χαριν τȣ γνωναι την πραγματικην διαφοραν τȣ, Θεω ευαρεϛειν προς το, ενωπιον αυτȣ* . . . – Poſt *νεοτητος* ſola *Compl.* edit. cum *textu Hebr.* et *omnibus Verſ. Latt. Sabat.* pronomen *μȣ* ſupplet, quod etiam *Grabius* recepit.

verſ. 19. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 78. pro verbis των LXX. *και ȣκ ηθηλεσεν, αλλ' ειπεν; οιδα τεκνον οιδα* ſic legit; . . . *φησιν; ȣ δημαρτον, αλλ' οιδα τεκνον οιδα* . . . . quae, niſi pro circumſcriptione habenda ſint, lectionem variantem exhibent, in editt. των ο, quae cum *textu Hebr.* et *verſſ. Latt. Sabat.* conveniunt, haud recipiendam. – Sola *Compl.* edit. *και* ante prius *ουτος* omittit, et pro utroque *ουτος*, *αυτος* legit.

Cap. XLIX, v. 15. *Philo Lib. I. Allegor.* p. 55. et *Lib. de migratione Abrah.* p. 423. vocem *αυτȣ* poſt *ωμον*, quae in LXX. et *Verſſ. Latt. Sabat.* exſtat, omittit.

v. 16.

v. 16. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1104. pro τον λαον αυτȣ habet τον ἑαυτȣ λαον, et εν ante Ισϱαηλ omittit.

v. 17. *Philo* l. c. et *Lib. de Agricultura* p. 201. pro γενηϑητω Δαν *Romanae* et *Compl.* editt. των ό, atque pro εγενηϑη τῳ Δαν editionis *Ald.* et MSti *Alex.* legit γενεσϑω Δαν . . . ſive γενηϑητω ſive γενεσϑω receperis, idem manet ſenſus, cum *Hebr.* יהי דן, plurimisque *verſ. Latt. Sab. fiat Dan* conveniens. Lectio vero εγενηϑη τῳ, cum qua tamen *verſio textualis Sabat. et factus eſt Dan ipſi ſerpens in via*, quae forſan uberior explicatio textus Biblici fuerit, aliquatenus convenit, vitio librariorum ex alterutra lectione γενηϑητω vel γενεσϑω orta videtur. – Pro εφ' ὁδȣ *Philonis* et των LXX. ſolum MS. *Ald.* επ' ὁδȣ legit; atque pro τα οπισω ſola *Ald.* edit. legit τα οπισϑια.

Exodus.

Cap. I, v. 21. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 61. et *Lib. de migr. Abrah.* p. 421. non ſolum cum LXX. legit; εποιησαν ἑαυταις οικιας, ſed etiam hoc dictum utroque loco ita explicat, quaſi obſtetrices, puerorum ſervandorum gratia, ſibimetipſis domos exſtruxiſſe crederet; unde vitioſa videtur illa, quam ſola *Compl.* των ό edit. exhibet, lectio εποιησεν. *Philo* initio verſus επειδαν, ſive ſecundum *Mangeanam* edit. επειδη

δη cum LXX. praeter Rom. edit. quae επει δη legit, exhibet.

Cap. II, v. 15. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 62. cum LXX. κατῳκησεν; ſola vero *Rom.* edit. ῳκησεν. — Praeterea, verbis των ό, ελθων δε εις γην Μαδιαν, prorſus omiſſis, cum *textu Hebr.* legit: και εκαθησεν (LXX. εκαθισεν) επι τȣ φρεατος.

Cap. IV, v. 1. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1103. cum *Compl.* et *Grab.* των ό editt. legit εαν ȣν μη πιςευσωσι. *Rom.* et *Ald.* editt. εαν μη πιςευσωσι. et *verſſ. Latt. Sabat. ſi non crediderint.* Alexandrini igitur interpretes *Hebr.* הן, cum *Chald.* הן et Syr. ܗܐ per εαν transtuliſſe certo videntur; quemadmodum, etiam pro verbis, quae in fine verſus exhibent, τι ερω προς αυτȣς; quae etiam *Philo* et *Verſio Lat. Sab.* confirmant, in Hebraicis quaedam legerint neceſſe eſt, quae in hodiernis Bibliis deſiderantur. Cum textus Bibliorum *Hebraico Samaritanus*, reliquaeque omnes verſiones antiquae cum Hebraicis conveniant, lectionem των ό, licet ſenſum fundat meliorem, praeferre non auſim. — *Philo* ότι ante ȣκ οπται omittit.

verſ. 2. *Philo* και ειπε κυριος Μωσει pro, ειπε δε κυριος αυτῳ

verſ. 4.

verſ. 4. *Philo* Μωσει pro προς Μωσιν. — Poſt εκτεινον την χειρα *Philo* cum *Compl.* et *Grab.* των ό editt. *Verſ. Lat. Sab.* et textu Hebr. pronomen σε ſupplet.

verſ. 5. *Philo* ab initio cum *Aldina* των ό edit. et *Verſſ. Latt. Sabat.* ſupplet και ειπεν; quae igitur verba forſan in LXX recipi poſſent, licet in Hebraicis deſiderentur.

Cap. IX, v. 29. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 68. et *Lib. de mutatione Nom.* p. 1047. pro ὡς αν, όταν legit. — *Lib. de Temulantia* p. 254. et l. c. p. 1047. pronomen μυ poſt τας χειρας, atque cum *Rom.* των ό edit. et *textu Hebr.* verba τον ουρανον, quae in reliquis των ό editt. poſt κυριον inveniuntur, omittit. — l. c. cum ſola Cpmpl, των ό edit. τον ante κυριον omittit; — Solum denique MS. *Alex.* pro κυριον legit Θεον. — *Philo* l. c. ετι poſt ουκ εςαι, in Hebr. עוד fundatum, omittit.

Cap. XVI, 4. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 60. αρτυς τυ ουρανυ, et *Lib. de mutat. nomin.* p. 1085. αρτυς απ' ουρανυ legit, et poſteriori loco εγω ante ύω delet. Sed *Lib. de Profugis* p. 1070. cum LXX. habet ιδυ εγω ύω ύμιν αρτυς εκ τυ ουρανυ. — Pag. 90. όταν habet pro όπως των LXX, ſed vitioſe, nam ipſe pag. ſq. dicit: διο και επιφερει; όπως πειρασω . . . et *Verſ. Lat. Sabat. ut* habet. — συναξυσι legit pro συλλεξυσι.

σι. *Verſ.* vero *Lat. Sab.*, *colliget.* – Solum denique MS. *Alex.* pro τῳ νομῳ μȣ legit εν τω ονοματι μȣ. *Philo*, *Itala* (*s*) et ipſe *Hebr.* textus cum LXX. conveniunt in voce νομῳ, vocem vero εν quod attinet, conſentiunt cum MS. *Alex. Itala* et textus *Hebr.*

v. 14. Editt. *Philonis* ante *Mang.* ſic legunt *Lib. III. Allegor.* p. 91. . . . της ερημȣ ωσει κοριον λευκον, ωσει . . . LXX. vero: . . . της ερημȣ λεπτον ωσει κοριον, λευκον ωσει. *Philonem* etiam ante ωσει κοριον, λεπτον legiſſe e ſequenti contextu certo patet, και εςαι, inquit, λεπτος νοησαι τε και νοηθηναι. – Pro λευκον *Grabius*, ad normam iterati verbi *Hebr.* דק, λεπτον ſubſtituit. Noſtrum vero in LXX. etiam λευκον legiſſe exinde patet, quod infra hoc verbum ſic explicat: και σφοδρα διαυγης και καθαρος ὁραθηναι Utramque etiam hanc lectionem των ὁ confirmat *Lib. I. de vita Moſis* p. 663. ubi panem iſtum κεγχρον βραχυτατην και λευκοτατην nominat. – Caeterum Alexandrinos interpretes pro מכספס per מ, legiſſe ככספס per כ nemo non vidit. – *Itala* denique *Sabat.* legit: *minutum tanquam coriandrum* . . . et reliqua in illa deſiderantur.

Cap.

(*s*) Hoc nomine ad verſionem Lat. antiq. *textualem Sabat.* ſignificandam brevitatis cauſa utimur.

Cap. XXI, v. 5. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 96. cum *textu Hebr.* et *Aldina* των ὁ edit. pronomen μυ ſupplet poſt κυριον, γυναικα et παιδια. *Rom.* vero edit. et MS. *Alex.* cum *Itala* tantum poſt κυριον. Sola denique *Compl.* edit. cum *Philone Lib. Quis rerum Div. haeres.* p. 506. poſt κυριον et γυναικα, non vero poſt παιδια pronomen μυ exhibet.

Cap. XXII, v. 6. *Philo* l. c. p. 107. cum LXX. legit προσεμπρηση. *Compl.* vero edit. προσεμπρισῃ. – Pro ἅλωνας των LXX. *Philo* cum edit. *Aldina* legit ἅλωνα, quod ſingulari Hebr. reſpondet. Pro ςαχυς των LXX. et ςαχεις editionis *Compl. Philo* habet ςαχυας. – Denique ſola *Ald.* editio pro ἐξηλθον habet ἐξελθων· et pro πεδιον, παιδιον. *Philonem* vero in LXX. πεδιον, Hebraico השדה reſpondens, legiſſe, e contextu ejus, praecipue *L. IV. de ſpecialibus legibus* p. 340. (*ss*), certo conſtat. Damnanda etiam videtur lectio ed. Ald. παιδια hoc reſpectu, quod in toto contextu Biblico de rebus inanimatis et agreſtibus ſermo ſit.

Cap. XXVIII, v. 17. *Philo Lib. I. Allegor.* p. 55. ſic legit: και συνυφανεις εν αυτω λιθον τετραςιχον; λιθων ςιχος εςαι . . . LXX. vero aliter: nempe *Rom.* edit. et MS. *Alex.* και καθυφανεις εν αυτω ὑφασμα καταλιθον τετραςιχον . . . *Compl.* vero et *Ald.* editt. και καθυφανεις εν αυτω ὑφασμα καταλιθον

(*ss*) Tom. II. ed. *Mang.*

λιθον τετραστιχον . . . et omnes, ordine a *Philonis* diverſo, *στιχος λιθων εσαι*. – Differentia inter *συνυφανεις* Philonis et *κατυφανεις των* LXX. minima videtur, praecipue cum ipſi loco parallelo (*t*) pro eodem verbo Hebr. מלא, *συνυφανειν* poſuerint. – *Philo* equidem in eo, quod verba hodierni textus *των ο*, *ὑφασμα κατα* omittat, verbo Hebr. מלאת quod ante אבן reperitur, repugnare videtur. Nova vera *Vulgata Hieronymi*, cum *Philone* conveniens, ſic legit: *ponesque in eo quatuor ordines lapidum*, ita ut *Hieronymus* verbum Hebr. מלאת ante אבן non legiſſe videatur. Ex *Itala Sabatieri* in hunc locum nihil colligere licet, utpote quae hunc verſum non exhibet; a ſeptuaginta vero interpretum textu hodierno ad textum Bibliorum Hebraicum hoc loco concludere eo minus licet, cum *Philo* non textum *των ο* circumſcribere voluiſſe, ſed alium omnino habuiſſe videatur, cumque ipſi LXX, loco parallelo eadem verba *ὑφασμα κατα* exhibeant, ubi tamen Hebr. מלאת ante אבן penitus deſideratur.

Cap. XXXIII, v. 13. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 79. *Lib. de mutat. Nom.* p. 1045. et *Lib. I de Monarchia* p. 816. legit: *εμφανισον μοι σεαυτον. γνωστως ιδω σε.* *Romana* vero et Ald. *των ο* editt. *εμφανισον μοι σεαυτον*

(*t*) Qui in Bibl. *Hebr.* eſt Exod. XXXIX, 10. in LXX. vero multo diverſus: in *Romana* nempe edit. Cap. λε. p. 69. lin. 29. ſq. in *Aldina*. Cap. 36. lin. 47. ſq. in *Complutenſi*: Cap. 39. lin. 28. ſq. in *Grabiana*: Cap. 39, v. 10.

τον, γνωςως ἱνα ιδω σε. *Compl.* et *Grab.* editt. *εμφανισον μοι σεαυτον γνωςως, ἱνα ιδω σε.* Pro *σεαυτον των* LXX. hodiernus textus Hebr. habet דרכך; pro quo quo etiam alius interpres *Graecus* (*v*) legit, *δειξον μοι σεαυτȣ ὁδον.* Cum LXX. autem non ſolum *Philo* ll. cc. ſed etiam *Clemens Alex.* p. 582. et *Hexaplaris των ό* editio legunt: *εμφανισον μοι σεαυτον.* Ipſos igitur Alexandrinos interpretes altero quoque loco verſ. 18. cum *Rom.* edit. *εμφανισον μοι σεαυτον* legiſſe, lectionemque *Complutenſis*, *Aldinae* et *Grabianae* editionum, *δειξον μοι σεαυτȣ δοξαν*, ex alio interprete interpolatam fuiſſe exiſtimo. Lectio *Philonis γνωςως ιδω σε*, vocem *ἱνα* omittens, eo potius attentionem meretur, cum Romani *των ό* editores (*vv*) alios quoque libros eandem lectionem exhibere teſtati ſint.

Leviticus.

Cap. I, v. 13. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 87. cum LXX. legit *τα εγκοιλια*, ubi vero *Compl.* edit. habet *τα εν τη κοιλιᾳ.* – Pro verbis *των ό, και προσοισει ὁ ἱερευς τα παντα και επιθησει επι το θυσιαςηριον*, legit: *και επιθησει ὁ ἱερευς τα παντα επι το θυσιαςηριον.* LXX. vero cum *Hebraicis* conveniunt.

Cap. XI, v. 22. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1107. cum *Compl. των ό* edit. *τον ατταкον* legit. Reliquae *ατταкην.* – Praeterea cum MS. *Alexandrino οφιομαχην* quarto et ultimo loco poſt *την ακριδα* ponit pro *Hebr.* חגב.

v. 42.

(*v*) cf. Hexapla *Montfauc.* ſed h. l.
(*vv*) cf. Ed. Rom. των LXX. p. 67. not. γ.

v. 42. *Philo, Lib. III. Allegor.* p. 87. cum LXX. priori loco legit πας πορευομενος, contra *Compl.* edit. quae utroque loco habet παν πορευομενον. Poſteriori vero loco et και παν πορευομενον editionis *Compl.* et και πας πορευομενος reliquarum penitus omittit; quod tamen mihi ex circumſcriptione ortum fuiſſe videtur, quemadmodum paulo poſt verba εν πασι τοις ἑρπετοις κ. τ. λ. negligenter praetermiſit, quae tamen ipſe *Lib. de migratione Abrah.* p. 397. ita exhibet: επι (LXX. εν) πασι τοις ἑρπετοις τοις επι (LXX. cum Hebr. convenienter: τοις ἑρπυσιν επι) της γης, ȣ φαγεσθε (LXX. ȣ φαγεσθε αυτο), ότι βδελυγματα εςι (LXX. editt. *Rom. Ald. Grab.* ότι βδελυγμα υμιν εςι. et *Compl.* ότι βδελυγμα τȣτο εςι.) Hebraica כי שקץ הם, ſi vocem שקץ, quod etiam pronomen הם ſuadere videtur, ſenſu collectivo ſumſeris, lectionem *Philonis*, ότι βδελυγματα εςι, comprobant; unde et vox ὑμιν in Hexaplaribus των ό codd. Obelo notata reperitur. — Pag. 87. pro επι τεσσαρα, cum *Compl.* et *Ald.* editt. habet επι τεσσαρων. — Sed l. c. p. 397. ut videtur, vitioſe ά . . . et p. 87. ός . . . pro ό πολυπληθει ποσιν legit.

Cap. XVI, v. 18. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1096. τραγȣς habet, pro χιμαρȣς των LXX, qui etiam ipſi *Hebr.* שעיר promiſcue vertere ſolent (*x*).

Numeri

(*x*) cf. *Trommium* Tom. I. p. 551. 686.

Numeri.

Cap. V. v. 2. *Lib. III. Allegor.* p. 62. pro εκ της παρεμβολης, pro quo ſolum MS. *Alex.* εκ της συναγωγης habet, *Philo* legit εκ της ἁγιας ψυχης. Quae lectio, ſi falſa foret, potius e συναγωγης, quam παρεμβολης oriri potuiſſe videtur. Sed in Philone retinenda eſt, et pro allegorica interpretatione lectionis των ό ſive συναγωγης, ſive παρεμβολης habenda. Noſter enim infr. p. 68. ad Exod. IX, 29. ὁταν, inquit, εξελθω την πολιν, την ψυχην. πολις γαρ εςι και ἀυτη τȣ ζωȣ, νομȣς διδȣσα και ετη. et p. 78. ad Exod. XXXV, 30. . . . παντων των της σκηνης, τȣτεςι των της ψυχης εργων. et denique etiam p. 89. ad Deut. XXIII, 12. παρεμβολην καλων την αρετην εν ἡ εςρατοπεδευκεν ἡ ψυχη. Cum autem ἡ παρεμβολη, quae in deſerto civitas populi Iſr. erat, ex pluribus σκηναις conſtabat, facile patet, quomodo h. l. vel την παρεμβολην, vel την συναγογην per την ἁγιαν ψυχην explicare potuerit *Philo.*

verſ. 28. Textum *Philonis* l. c. p. 88. vitio Librariorum depravatum, textuique των ό conformandum exiſtimo. *Philo* ita: . . . και καθαρα και αθωος εςαι εκ σπερματων εις σπερμα. LXX. vero ita: και καθαρα η, και αθωά εςαι, και εκσπερματιει σπερμα. Secundum *Philonem* haec omnia ad apodoſin pertinent; ſecundum LXX. vero verba και καθαρα η ad protaſin. Atqui ipſum quoque *Philonem* non ſolum

ſolum verba και καθαρα η in LXX. legiſſe, eaque ad protaſin retuliſſe, ſed etiam hodiernam lectionem εκσπερματιει σπερμα in ſuo των ό exemplari habuiſſe, e proxime ſequenti contextu, quam hic proponam, certo patere videtur: εαν, inquit, ύπο παθους μη μιανθη, καθαρευση δε (LXX. και αθωα η) προς τον νομιμον ανδρα τον ύγιη και ήγεμονα λογον, γονιμον ἑξει ψυχὴν και καρποφορον, φερουσαν γεννημα.

Cap. XII, v. 12. *Philo Lib. I. Allegor.* p. 54. cum LXX. legit γεννηται contra ſolum MS. *Alex.* quod γενοιτο habet. – Cum *Compl.* των ό editione ώς habet pro ωσει reliquarum ante ισον θανατῳ; ſed contra omnes των ό editt. etiam ante εκτρωμα. – Nullum pronomen αυτης exhibet poſt μητρος, quod tamen *Grabius* contra omnes των ό editt. ad normam textus *Hebr.* cum ※ ſupplevit. – *Philo* κατεσθιη legit pro κατεσθιει.

Cap. XXI, v. 6. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1101. απεθνησκε pro απεθανε.

verſ. 7. *Philo* cum *Rom. Compl.* et *Grab.* των ό editt. hoc dictum ita exhibet: ότι ήμαρτηκαμεν (LXX ήμαρτομεν), ότι κατελαλησαμεν ... ευξαι ουν. Sola vero *Aldina* των ό edit. e qua interpolata hoc loco videtur *Amſtelodamenſis* editio, Ao. 1683. ad litteram ſecundum *Romanam* expreſſa ſic legit: ήμαρτηκαμεν ότι κατελαλησαμεν ... priori ότι, quod neque in *Hebraeis* invenitur, omiſſo. Alia adhuc varia lectio e proxime

ſequenti contextu Philonis deſumi poſſe videtur; dicit enim: *εν τῳ φαναι; ȣχ, ότι κατελαλησαμεν, ἡμαρτομεν. αλλ', ότι ἡμαρτομεν, κατελαλησαμεν.* Quaſi ſenſus verborum · *Iſraelitarum* ad *Moſen* hic foret: Quia legem Divinam transgreſſi fuimus, perverſitati cordis noſtrae nos tradidit, atque graviſſimam illam poenam nobis immiſit Deus, ut ſtulte et ſtolide contra *Moſen*, ipſius Dei ad nos legatum, quin etiam contra ipſum ſummum Numen loqueremur. Conſtare quidem poterat hic ſenſus cum aliis dictis Biblicis (*y*); in hoc vero dicto nullum omnino locum habere videtur: Primum enim peccatum, quod poſt egreſſum ex Aegypto ab Iſraelitis commiſſum memorat ſcriptura, ipſa fuit murmuratio contra *Moſen* et Deum *z*). Potius igitur rem nobis ita concipere lubet: *Philo* in LXX. legit *ότι ἡμαρτομεν, ότι κατελαλησαμεν.* Poſtea vero more, ſibi haud inſolito (*a*), ut eo facilius ad explicationem allegoricam viam

(*y*) *Exod.* VII, 3. coll. C. VII, 15. *Jeſ.* VI, 9. 10. coll. *Math.* XIII, 14. *Rom.* IX, 18. XI, 8.

(*z*) *Exod.* XIV, 10. ſq. XVI, 2. ſq. XVII, 2. ſq.

(*a*) v. c. Lib. II. Allegor. p. 1090. ad Gen. II, 19. ubi pro τι, δια τι legere vellet, ut ſententiam allegoricam e verbis Bibliorum eo facilius elicere poſſet. Huc etiam referri poſſe videtur locus *Philonis Lib. de Abrah.* p. 373. ubi; διο, inquit, *παγκαλως μικραν τε και ȣ μικραν την πολιν ταυτην δι χρησμων διασυνιστασιν.* Si LXX. et Bibl. Hebr. ad Gen. XIX, 20. conferre velis, *Philonem* non ſolum ipſum Hebr. textum non legiſſe

viam ſibi ſterneret, *ὅτι* ante *κατελαλησαμεν* praetermiſit, quaſi in Biliis Graecis omnino non legiſſet, cum tamen ipſe in dicto, paulo ſupra exſcripto, utrumque *ὅτι* exhibeat. Si igitur textum *τον ὁ, ὅτι ἡμαρτομεν, ὅτι κατελαλησαμεν . . . ευξαι ουν . . .* pro vero habueris, duplici modo verba haec explicare poteris: vel: quia peccavimus, quia locuti ſumus . . . igitur ora o *Moſes* . . . ita ut in *Hebraicis* ſuppleatur כי ante חטאנו, vel: peccavimus, locuti ſumus . . . ora igitur . . . ut redundet utrumque *ὅτι*, ut et Hebr. כי ab initio ſermonis *b*).

verſ. 8. *Philo* l. c. p. 1101. cum LXX. legit *ποιησον σεαυτῳ οφιν*; poſt quae *Compl.* edit. et *Itala Sabat.* *χαλκουν* ſupplent. – *Philo* cum LXX. *επι σημειου*, pro quo Codex *Baſileenſis* (*c*) lectionem alius interpretis *εφ᾽ ὑψους* exhibet, et MS. *Oxonienſe* (*d*) *επι ὑψους σημειου* legit. – *Philo* p. 1102. *ὁν αν ουν δακῃ οφις, πας ὁ ιδων αυτον ζησεται*, quae pro circumſcriptione verbo-

legiſſe, ſed etiam ſenſum Bibliorum Graecorum ſententiae ſuae allegoricae ſtudio adaptare voluiſſe, certo patebit. Nunquam vero, niſi in circumſcriptione et explicatione dicti Biblici *Philonem* in ejusmodi fraude deprehendimus. In ipſius dicti allegatione nimis religioſus fuit, quam qui aliquid fraudulenter immutare auſus ſit.

(*b*) cf. Bibl. Hebr. eo LXX. ad Exod. IV, 1. ubi LXX. pro ipſorum ὅτι ante כי לא נראה legiſſe videntur, quod certe 1 Reg. I, 13. in verbis . . . כי שלמה otiatur.

(*c*) cf. Hexapla *Montfauc.* ad h. l.

(*d*) cf. Verſſ. Latt. antiqu. *Sabat.* ad h. l.

verborum των LXX, πας ὁ δεδηγμενος ιδων αυτον ζησεται, habenda videntur: verba enim praecedentia editionis *Rom.* et MSti *Alex.* εςαι, εαν δακη οφις ανθρωπον, pro quibus *Aldina* edit. legit, εαν δακη ὁ ωφις ανθρωπον, interpolata videntur e verbis ſequentis verſus 9. ὁταν εδακνεν οφις ανθρωπον; omittit ſaltem iſta verba in verſu 8. ipſa *Compl.* των ὁ editio, quae verum, ut mihi videtur, Alexandrinorum textum ita exhibet: . . . σημειυ, και πας ὁ δεδηγμενος . . . cum *Itala Sabat.* . . . *Signo: et omnis morſus, videns illum, vivet*, et cum ipſo quoque *textu Hebr.* על נס והיה כל הנשוך וראה אתו וחי conſentiens.

v. 27. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 102. pro δια τυτο των LXX, quod cum *Itala Sabat.* et *textu Hebr.* convenit, forſan ex circumſcriptione τοτε γαρ legit. – Cum LXX. habet ελθετε contra ſolum MS. *Alex.* quod ελθατε legit, et Ἐσεβων contra ſolam edit. *Aldinam*, quae ἀσεβῶν habet.

v. 28. *Philo* l. c. p. 102. 103. cum LXX. και ante φλοξ omittit, quod in ſola edit. *Ald.* exſtat. – Pag. 103. legit, και κατεπαυσε ςηλας Αρνον, quod vero cum LXX, praeter *Aldin.* editionem, quae κατεφαγε habet, (e qua etiam hoc loco interpolata videtur *Amſtelod.* των ὁ editio, a *Romana* alias deſumta) non κατεπαυσε, neque κατεφαγε, ſed κατεπιε legerit, ex ſequenti contextu patet: κατεσθιει, inquit, και βι-

βιβρωσκει (in LXX. κατεφαγε ἑως Μωαβ) και μεντοι καταπινει τας εν αυτῳ ϛηλας (LXX. και κατεπιε ϛηλας Αρνων).

v. 29. *Philonem* in LXX. non απολωλε Χαμως, ut p. 103. in editionibus, etiam *Mangeana*, vitioſe habetur, ſed cum hodiernis των ό editionibus, απωλυ λαος Χαμος legiſſe, e p. 104. certo conſtat, ubi hoc dictum ita circumſcribit: ουαι σοι Μωαβ πολις. ει γαρ αινιγμασι προσεχεις τοις κατα την των εικοτων επιβυλην, απολωλεκας αληθειαν. λαος Χαμως, τυτεςι ὁ λαος συ και ἡ δυναμις, ἑυρηται πηρος και τετυφλωμενος. Χαμως γαρ ἑρμηνευεται, ὡς ψηλαφημα.

v. 30. *Philo* l. c. p. 103. et *Lib. de migrat. Abrahami* p. 403. cum ſola *Aldina* των ό edit. ante γυναικες omittit, αἱ et poſt γυναικες contra ſolam edit. *Aldinam* omittit, αυτων.

Deuteronomium.

Cap. IV, v. 39. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 61. ὁ Θεος εν τῳ ερανῳ. LXX. vero, ὁ Θεος σε ἑτος Θεος εν τῳ ερανῳ, qui forſan Hebraicum יהוה per ο Θεος σε verterunt, quia hoc nomen proprium erat Deo Judaeorum; quodſi ita ſe habeat fruſtra his verbis obelus praefigitur in edit. *Grabiana*. Fieri etiam potuit, ut *Philo* verba illa, ὁ Θεος σε ἑτος, in ſuo

bus verſus hujus verbis omiſerit. Sed tum ex *Philone* ὁ ante Θεος ευ τῳ ȣρανῳ in LXX. inferendum foret, quod Hebraico האלהים melius reſponderet. — *Philo* etiam verba, πλην αυτȣ, quae *Grabius* obelo notavit, exhibet.

Cap. VI, v. 13. *Philo* l. c. p. 99. φησιν, και τῳ ονοματι αυτȣ ομη, ȣκ αυτῳ. LXX. vero, και επι τῳ ονοματι αυτȣ ομη.

Cap. VIII, v. 3. *Philo* l. c. p. 93. et *Lib. de congr. quaer. erud. gratia* p. 448. cum LXX. legit, ὁ ȣκ ηδεισαν (*Compl.* ed. ειδεισαν) ὁι πατερες σȣ. *Cel.* vero *Grabius*, non ſolum contra *Philonem* et reliquas των ὁ editt. ſed etiam contra ipſum MS. *Alex.* et *Italam Sabat.* quae ſic legit: *quod non ſciebant patres tui*, ad normam textus *Hebraici*, אשר לא ידעת ולא ידעון אבותיך, inter ὁ et ȣκ ſupplevit, ȣκ ηδεις συ, και. Tantum abeſt, ut illa hoc loco, contra omnes MSStorum, editionum et verſionum των ὁ auctoritates, ſuppleri vellem, ut potius loco parallelo *Romanam*, *Compl.* et *Ald.* των ὁ editiones interpolatas fere crediderim: Illa nempe infra v. 16. ſic legunt: ὁ ȣκ ηδεις (*Compl.* ειδεις) συ, και ȣκ ηδεισαν (*Compl.* ειδεισαν) ὁι πατερες σȣ. *Philo* autem *Lib. III. Allegor.* p. 1102. cum ipſo textu *Hebr.* et *Alex.* των LXX. MS. etiam hoc loco v. 16. legit, ὁ ȣκ ηδεισαν ὁι πατερες

τερες σȢ. Ex his igitur veroſimile videtur, ipſos Alexandrinos interpretes et v. 3. et v. 16. in *Hebraeis* legiſſe, אשר לא ידעון אבותיך, eaque transtuliſſe, ὁ Ȣκ ηδεισαν ὁι πατερες σȢ.

Cap. XVI, v. 21. Editt. *Philonis* ante *Mang. Lib. I. Allegor.* p. 48. pro σεαυτῳ των LXX, ἑαυτῳ legunt; *Mangeus* vero e MS. *Med.* Philonis σεαυτῳ reſtituit. – Editt. *Philonis*, παρα τῳ θυσιαςηριῳ κυριῳ θεῳ σȢ. *Mangeus* vero, lectore non monito, correxit το θυσιαςηριον κυριȢ τȢ θεȢ σȢ, ut habent *Compl.* et *Ald.* των ὁ editt.; In *Rom.* vero edit. et MS. *Alex.* omittitur κυριȢ, licet in *Hebr.* ſit יהוה אלהיך. – *Philo* cum LXX. legit Ȣ ποιησεις σεαυτῳ, pro quo tamen Grabius, ad normam *Hebraici* אשר, ſubſtituit ὁ ποιησεις σεαυτῳ.

Cap. XIX, v. 17. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 73. hoc dictum circumſcribendo ſic affert: κελευων εν ἑτεροις ακȢσθηναι τȢ δυο . . . LXX. vero legunt και ςησονται ὁι δυο. Hinc forte *Turnebus* in margine *Philonis* lectionem εικως ςηναι pro, ακȢςηναι, poſuit. Cum vero *Cel. Mangeus* ad hunc locum nullam attulerit lectionis diverſitatem, lectio ακȢςηναι in *Philone* retinenda videtur; praecipue, cum neque ſola auctoritate textus hodierni των ὁ *Philonem* emendare,

Cap. XXI, v. 15. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1096. poſt verba, *και τεκωσιν αυτῳ*, non ſolum illa, *ἡ ηγαπημενη και ἡ μισεμενη*, quae omnes *των ό* editt. ipſe textus *Hebr.* et *Itala Sabat.* exhibent, ſed etiam vocem *ὑιες*, quam *Grabius* ſecundum *Hebr.* בנים, et *Italam Sabat.* quae *filios* habet, ante *ἡ ηγαπημενη και η μισεμενη* in LXX. inſeruit, omittit. Vocem quidem *ὑες*, omnibus locis, ubi hoc dictum attulit, omittit noſter; Verba vero, *ἡ ηγαπημενη και ἡ μισεμενη*, ipſe *Lib. de ſacrificiis Abelis et Caini* p. 133. et *Lib. de his verbis: reſipuit Noe* p. 276. exhibet, et poſteriori loco verba, *μια αυτων*, ante *ηγαπημενη* et *μισεμενη*, omittit. – Pro *γενηται Philo* p. 1096. legit *γενησεται*, ſed reliquis locis cum LXX. convenit.

v. 16. *Philo* p. 1069. hunc et praecedentem verſum in connexione ita affert: . . . *της μισεμενης.* v. 16. *ε δυνησεται* . . . ita ut prima verſus 16. verba, *και εϛαι ἡ αν ἡμερα κατακληρονομῃ τοις υἱοις αυτε τα ὑπαρχοντα αυτε*, penitus omittat; quod utrum ex circumſcriptione factum ſit, an vero haec verba in MS. quodam *Philonis των* LXX. deſiderarentur? determinare nequeo: *Una* quidem *Verſio latina Sabat.* cum *Philone* haec verba omittens, legit v. 16. *Non poteris* . . . Ipſe autem *Philo* p. 133. illa ſic exhibet: *και εϛαι εν τῃ ἡμερᾳ ἡ αν κληροδοτη τα ὑπαρχοντα τοις ὑοις αυτε.* et p. 276. aliter *ἡ αν ἡμερᾳ κληροδοτη τοις*

ὑοις

ὑοις τα ὑπαρχοντα. Cum illa *Philonis* lectione, ubi εϛαι ante ἡ αν ἡμερᾳ omittit, convenit *Itala Sabat.* ſic legens: *qua die* . . . — κληροδοτη *Philonis* pro κατακληρονομη *Romanae* των ὁ editionis reſtituere ſuadent MS. *Oxonienſe* (*e*), quod κληροδοτη, omnesque reliquae των ὁ editt., quae κατακληροδοτη legunt. — *Philo* omnibus locis cum edit. *Rom.* πρωτοτοκευσαι τῳ ὑιῳ, pro πρωτοτοκευσαι τον ὑιον reliquarum.

Cap. XXIII, v. 13. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1092. poſt διακαθιζανης omittit εξω· και. — Porro l. c. et *Lib. III. Allegor.* p. 90. cum edit. *Rom.* των LXX. legit, και επαγαγων καλυψεις την αχημοσυνην σε, poſt quae *Compl. Ald.* et *Grab.* editt. in fine verſus addunt, εν αυτῳ. — Verbum denique Philonis l. c. p. 89. θωρηξῃ, quod *Cel. Mangeus* mala pro vitioſa lectione verbi των LXX, ορυξεις habuit omnesque *Philonis* interpretes falſo per. *fodies*, verterunt, ad verba των ὁ, και ορυξεις εν αυτῳ, minime referri debet, Ipſe enim ſequens *Philonis* contextus oſtendit, verba, θωρηξῃ, φησι, γεν τῳ πασσαλῳ, circumſcriptionem eſſe verborum των LXX, πασσαλος εϛαι σοι επι της ζωνης σε.

verſ. 16. *Philo Lib. III. Allegor.* p. 97. legit: μετα γαρ· αυτε κατοικησειν εν παντι τοπῳ, ᾧ εαν αρεσκῃ αυτῳ. *Rom.* των ὁ editio ſic: μετα σε κατοικησει, εν ὑμιν κατοικησει, ἑ αν αρεσῃ αυτῳ. *Complutenſis* editio et MS. *Oxonienſe* (*f*) ita: μετα σε ματοικησει, εν ὑμιν εν παντι τοπῳ, ἑ αν αρεσῃ αυτῳ. *Aldina* vero: μετα

σε

σȣ κατοικησει, εν υμιν κατοικησει εν παντι τοπῳ, ȣ̔ αν αρεσῃ αυτῳ. Editio denique *Grabiana*, in qua ſimul puram MSti *Alex.* lectionem dignoſcere poteris, ſic legit: *μετα σȣ κατοικησει, εν ὑμιν — κατοικησει" εν — παντι" τοπῳ,* ※ *ȣ̔ εαν εκλεξεται εν μιᾳ των πυλων σȣ" ȣ̔ αρεσκῃ αυτῳ.* Facile patet, *Cel. Grabium*, vel, ſi in Codice Hexaplari *των ό* inventa fuerint, ipſum olim *Originem* verba, aſteriſco notata et minoribus litteris expreſſa, ad normam Hebraicorum, אשר־יבחר באחד שעריך, in LXX. inſeruiſſe. Cum vero *Philo* cum omnibus *των ό* editt. haec verba omittat, pro vera Alexandrinorum interpretum lectione haberi nequeunt. Inter diverſitates *Philonis*, tres aperte e circumſcriptione ortae ſunt, ſc. *γαρ*, quod in LXX. omittitur; *αυτȣ*, pro *σȣ*; et *κατοικησειν*, pro *κατοικησει*; Male igitur *Cel. Mangeus* in *Philone* pro *κατοικησειν*, ſubſtituit *κατοικησει*: Conſtructio enim Philonis infinitivum requirit, ſimulque pro *σȣ*, *αυτȣ*. — Ex circumſcriptione etiam oriri potuit, *Philonem* verba, *εν υμιν*, quae omnes *των ό* editt. et *Itala Sabat.* agnoſcunt, omiſiſſe. — Verba, *εν παντι τοπῳ*, licet vocem *παντι*, in MS. etiam *Alex.* obviam, ſed in hodierno *Hebr.* במקום minus fundatam, obelo ſignaverit *Grabius*, in *Romanam των ό* edit. inſerere ſuadent reliquae auctoritates allatae, quibus etiam accedit *Itala Sabat.* ſic legens: *in vobis habitabet, in omni loco, ubi placuerit ei.* — Haec ſimul lectionem *Philonis*, MSti *Oxonienſis* et editionis *Compl.* *εν ὑμιν κατοικησει εν παντι τοπῳ* confirmat, poſteriusque *κατοικησει*, in MS. Alex. *Romana*que et *Ald.* editt. poſt *εν υμιν* obvium, non agnoſcit. — *Philonis* denique *ᾡ εαν αρεσκῃ*, pro *ὁυ αρεσκῃ* MSti *Alex.* et *ȣ̔ αν αρεσῃ* reliquorum, nullius momenti ſunt diverſitates.

Cap.

Cap. XXXII, v. 35. *Philo* l. c. p. 80. cum LXX. habet *εν ἡμερα εκδικησεως*; *Paulus* vero Apoſtolus Rom. XII, 19. cum hodierno textu Hebr. לי הנקם legit, *εμοι εκδικησις*. — Poſt verba *εν ἡμερᾳ εκδικιὁσεως Philo* omittit *ανταποδωσω*, quaſi ex illis, cum praecedentibus arctiſſime conjunctis, hunc ſenſum haurire voluiſſet: Nonne haec condita ſunt apud me et ſignata in theſauris meis in die ultionis, quando offenderit pes eorum. — Cum ſola Rom. *των ὀ* edit. ante *ὁταν σφαλῃ* omittit *εν χαιρῳ*, quae non ſolum reliquae editt. *των* LXX, ſed etiam *verſſ. Latt. Sabat.* exhibent.

Cap. XXXIII, 9. *Philo Lib. II. Allegor.* p. 1096. et *Lib. de ebrietate* p. 249. non ſolum cum *Itala tribusque* in nota allatis *verſſ. Latt. Sabatieri*, atque cum ſola *Romana των ὀ* edit. contra tres reliquas, pronomina *αυτȣ* poſt *τῳ πατρι* et *τῃ μητρι*, ſed priori etiam loco p. 1096. contra omnes *των ὀ* editt. omnesque *Verſſ. Latt. Sabat.* poſt *τȣς αδελφȣς* et *τȣς ὑιȣς* omittit. — Lectionem *των ὀ*, *εωρακα σε*, *Philo* ll. cc. confirmat. Alexandrini igitur ראיתיך legiſſe videntur. — Pro *ȣκ επεγνω*, ed. *Aldina* legit *ȣκ επεγνων* et MS. Alex. *ȣκ εγνω* — Verba, qnae, minoribus litteris expreſſa et aſteriſco notata, in LXX. inſeruit *Grabius*, ⋇ *και τȣς ὑιȣς αυτȣ επεγνω*, cum MSto *Alexandrino* omittit editio *Aldina*. *Philo* vero utroque loco cit. illa cum *Rom.* et Compl. *των ὀ* editt. exhibet, et quidem ita, ut cum *Rom.* legat *απεγνω* pro *ȣκ εγνω* editionis compl. Etiam e pag. 250, ubi verba *των ὀ* ita circumſcribit: *ὁ μη γνωριζων τȣς υιȣς . . . ὁ απογινωσκων τȣς αδελφȣς* . . . *Philonem* verba, *και τȣς ὑιȣς αυτȣ απεγνω*, in LXX. legiſſe conſtat. — *Philo Lib. quod deterius* [illegible] *ſoleat* p. 167

Digitized by Google

διο και ὁ Μουσης εν ταις ευλογιας Λευι πολλα και θαυμασια προειπων επιφερει; εφυλαξε τα λογια σα. και την διαθηκην σα διετηρησεν. In his vero Alexandrini *Hebr.* כי omittunt, atque pro שמרו et ינצרו, habuerunt שמר & ינצר. *Verſiones Lat. Sabat.* adeo hoc loco inter ſe differnnt, ut vel omnes integras exſcribere, vel lectorem ad ipſum *Sabatierum* remittere neceſſe habuerim. Poſterius eo potius elegi, cum omnes inter illas diverſitates, ut et illae inter LXX. et text. *Hebr.* ſupra allatae, ſenſum dicti, a *Theodoreto* (*g*) expoſitum, adficere non videantur.

(*g*) *Theodoretus*, Quaeſt. XLIV. in Deuter. p. 191. Oper. Tom. I. ed. *Jac. Sirmondi*, poſt hoc dictum allatum, *το τελειον*, inquit, *των ἱερων ὁ λογος διδασκει. παντων γαρ των κατα τον βιον καταφρονειν προςηκει τον ἱερεα και τῃ θειᾳ προσεδρευειν ἱερεργιᾳ. κ. τ. λ.*

CORRIGENDA.

pag. 35 l. 17 lege, excerptae.
p. 48 l. 2 lineola inter, *antiqu.* et *Sab.* delenda.
p. 51 l. 1 leg. hauſiſſe.
- - - l. 8 leg. תוֹלְדוֹת
- - - l. 22 leg. legiſſe.
p. 52 l. 23 leg. את האדמה
p. 55 l. 20. leg. Graeco.
p. 67 l. 13 leg. *σπερματος*.
p. 69 l. 9. leg. עד
p. 70 l. 17. pro, אלהים leg. יהוה אלהים
p. 75 l. 7 leg. minima
p. 83 l. 2 in not. leg. *οκτω*
p. 84 l. 3 leg. quaerendum.
- - - l. 2 in not. pro, وصلعم leg. اصلعم
p. 85 l. 4 in not. pro, أوّز leg. أوّلا
p. 90 l. 21 leg. *γαρ*.

VA1
154291

Digitized by Google